VIII 3 ταῦτ' οὖν ἔφη **MB**	ταῦτα ἔφη **AVLRDWPCK**
XII 3 καὶ οἱ καλοὶ τῶν ἀνδρῶν **MW**	καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνδρῶν **AVLB RPCK**
	καὶ οἰκαῖοι τῶν ἀνδρῶν **D**
XVIII 1 κεκριμένη **MW**	καὶ κεκριμένη **ABDWK**
	καὶ κεκριμμένη **VRPC**
	καὶ κεκρυμμένη **L**
XVIII 1 καλλωπισμὸν **MVRD WPC**	καλλοπισμὸν **A**
	καλλωπισμὸν **B** m. I. ut vid. corr. ἀκαλλώπιστον
	καλωπισμὸν **K**
XIX 2 πρὸς ἰατρὸν δήπου **MDW**	πρὸς ἰατρὸν ἂν δήπου **AVLBR PCK**
XX 4 περιποιήσεσθε **MRC**	περιποιήσεσθ' **A**
	περιποιήσεσθαι **P**
	περιποιήσησθε **VLBK**
	πεποιήσησθε **D**
	πεποιήσοισθε **W**
IX 1 εἰώθασιν καὶ **MC**	εἰώθασι καὶ **AVLBRDWPK**
XXI 1 ἀπάγουσιν εἰς **M**	ἄγουσι πρὸς **A**
ἀπάγουσιν πρὸς **C**	ἀπάγουσι πρὸς **VLBRDWPK**

Atque imprimis mireris, quod mirum quantum interdum consentiunt codicis **M** scripturae cum correctionibus codicis **C**:

Mc	**AVLBRDWPCK**
I 1 ἡλίου **M**	κρόνου
γρ. ἡλίου c^{3m}	
I 3 τοῦ περιβόλου **M.** τοῦ c^3 in ras.	καὶ περιβόλου
II 2 πολιτικὸν τὸ ἀνάθημα **M.** c^3 add. τὸ supra versum	πολιτικὸν ἀνάθημα

II 2 ἡλίῳ **M** γρ. ἡλίω **c**^{3m}	κρόνω
V 2 ἔφην ἐγὼ **M**. **c**^{1} add. in ipso versu	ἔφην
VII 1 μαινομένη **M**. **c** τις eras.	μαινομένη τις
VIII 1 ὁ δὲ ὄχλος τῶν ἀνθρώπων ὁ πολὺς **M**	ὁ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολὺς ὄχλος **A**
ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς τῶν ἀνθρώπων **c**[1]) (α γ β)	ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς **VLBRDWPCK**
IX 4 τούτων πάνθ' ὅσα **M**. **c**^{3} corr. πάνθ' ex ων et suprascripsit compendium syllabae ων	τούτων πάντα ὅσα **A** τούτων ὅσα **VLBRDWPCK**
XIX 1 ἔφης **Mc**^{3}	ἔφην
XIX 5 ἃ **Mc**^{3}	ὃν
XXII 1 παραγίνεται **Mc**^{3}	παραγένηται **AVLBRPK** παραγένται **C** deest propter lacunam in **DW**

Facile igitur inducaris, ut **C** esse correctum ad Meibomii exemplar conicias, praesertim cum iam supra nonnullos attulerim locos, ubi codicis **C** correctiones congruunt et cum aliis et cum **M** (p. 20 sqq.).

In altera quoque libelli parte — totum enim in hac quaestione complectamur libellum oportet — una quidem reperitur correctio, qua vocabulum m. I. scriptum ita est commutatum, ut possit videri **M** ei, qui correxit, praesto fuisse:

XXXIV 4 προσέχουσιν **Mc**^{3} | προέχουσιν **VBRDWPCK**

Alio loco, utrum e **M** an ex alio codice assumptam esse dicas correctionem dubites:

XXXIII 4 μέλλει **MBRDWc**^{3} | μέλλοι **VCK**

Sed — ut mittam, paucos tantum locos eosque non magni momenti esse correctos, nonnullos etiam ita, ut corrumperentur,

---

[1]) Vocabulum πολὺς in versus fine scriptum est, vocabula τῶν ἀνθρώπων autem in margine ei sunt apposita, dubium qua manu.

cum, quanta librariorum et correctorum fuerit libido, satis constet apud omnes — eadem tertia manu aliae sunt additae correctiones, quas e **M** non licuit depromere[1]) ac videntur praeterea vocabula τῶν ἀνθρώπων (VIII 1) non hac tertia manu esse scripta. Accedit etiam aliud. In Meibomii codice exstiterunt in c. XXXIX 1 vocabula ὑπάρχοντί τινι, quorum prius vitio assimilationis depravatum est ex ὑπάρχοντα; in **C** autem hoc vocabulum m. I. ita scriptum est, ut vix discernas, utrum littera α sit scripta supra ι an ι supra α. Manum primam emendasse locum cum ipsis litteris tum eo demonstratur, quod supra scriptum erat — nunc enim erasum est — compendium litterae α (÷), quod videtur addidisse, cum, quid verum esset, difficile esset intellectu. Nisi igitur duos librarios fingas eodem loco admisisse idem vitium miro consensu, et ei, qui codicem **C** exaravit, et ei, qui multis annis post eum recensuit, Meibomii codicem praesto fuisse statuendum. Videamus, num res ita se habeat.

XXIX 2 pro ἀνακάμπτουσιν e codice **M** profertur ἀνακύπτουσιν. Qui codicem **C** exaravit, is omissa littera α scripsit ἀνακ'μπτουσιν; ea autem linea, qua μ coniungitur cum π, ita est in rasura, ut facile legas ἀνακύπτουσιν. Num commutasse aliquem Meibomii codicem secutum ἀνακ'μπτουσιν in ἀνακύπτουσιν putemus? Atque — ut mittam locos e c. IX 1. XX 4. XXI 1 supra (p. 29) allatos — his locis[2]) eadem legimus in **M** et in **C** verba, quae in hoc non correcta, sed ipsa m. I. sunt scripta:

MC	**VBRDWPK**
XXXV 3 ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ	ὅτι οἱ ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ **V** **BRDWP** ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ περιβόλῳ **K**

---

[1]) XIX 2 δήπου γενόμενος praebent omnes codices; e που corr. παρα et suprascripsit που c^3. — XXIII 3 καλῆς τῆς νίκης **M.** καλλίστης νίκης **VBR DWPCK**; ex νι, quod in versus fine scriptum est, corr. τῆς et in sequentis versus initio add. νι c^3. — XXXV 5 οὐδὲν ὄφελος ἔσται ὑμῖν **M.** οὐδὲν ὄφελος ὑμῖν ἔσται **VBRDWP.** οὐδὲν ὄφελος ἔσται **CK**; in marg. add. ⁄ ὑμῖν et idem signum ⁄ ante vocabulum ἔσται c^3; — nisi errore captum vel emendaturum putes duobus ultimis locis immutasse verba correctorem.

[2]) Aliis locis consentire quidem **MC** certum, sed, num reliqui codices differant, dubium: XXVI 2 οὐκ ἔτι **M.** c^3 in ras. scripsit ἔ. XXXI 1 μὴ δὲ. XXXI 6 τὰ· προϋπάρχοντα. XL 1 τὸ σύνολον δέ ἐστι.

XXXVII 2 πῶς οὐκ εἰ	πῶς οὐχὶ **VBRDWP**
	πῶς εἰ **K**
XXXVIII 4 ὅταν ἡ περίστασις	ὅταν ἡ περίστασις
XXXIX 3 ποῦ δὲ ὁ πλοῦτος	οὐδὲ ὁ πλοῦτος **VBRDWP**
	ποῦ ὁ πλοῦτος **K**
XL 1 ἀσεβέστατα καὶ τὰ δοκοῦντα	ἀσεβέστατα καὶ τὰ αἰσχρότατα δοκοῦντα **VBRDWP**
	ἀσεβέστατα δοκοῦντα **K**

Coniciat igitur fortasse aliquis codicem **C** e duobus codicum generibus ita esse mixtum, ut in altera libelli parte librarius meliore usus esse exemplari, sive Meibomii sive alio, putandus sit; tum opinemur necesse est carptim adhibuisse librarium, et quem prius exscripserat, et quem sero nactus erat, codicem ac correctiones, quas attuli, omnes tam prioris quam posterioris partis ab alio eoque recentiore librario, cui idem exemplar praesto esset, additas esse. Quod ita recedit a veritate, ut ne veri quidem sit simile. Codices **VLBRDWPCK** enim — quod infra argumentis probabo — per totum libellum ita inter se differunt, ut **V**, quocum plerumque facit **L**, omnium videatur esse archetypus, reliqui autem in duas dividendae sint familias, quarum altera **BRDW**, altera **CK** continentur, cum **P** usque ad c. **XXXI** faciat cum his, deinde cum **BRDW**. **V** igitur, quod multis locis est demonstrare, proxime accedit ad **A**, quare **C** similem ei esse oporteret, si e melioris generis exemplari in posteriore quidem parte esset descriptus; sed mirum quantum recedunt **CK** non solum a **BRDW**, sed etiam a **VL**. In eo igitur stare debemus codicem **C** a primo ad ultimum usque caput ad idem genus pertinere.

An Meibomii codex in altera libelli parte e deterioris generis codice est transscriptus? Quod non magis est probabile, cum neque omnino cum reliquis consentiat et, ita si censemus, quas **C** habet correctiones, easdem in Meibomii quoque exemplari exstitisse, sive m. I. sive recentiore scriptas, opinemur necesse sit.

Una igitur est interpretatio, qua, unde mirus hic codicum **MC** consensus ducat originem, possit reddi probabile, in variante scriptura editioni Meibomianae addita nonnullas certe exhiberi scripturas

e codice C adquisitas, ita ut iis locis, ubi codicis C scripturas sive a manu prima sive a recentiore profectas aperte respicit, inde eas hausisse eum putemus. Cur autem tam paucas e C adsciverit Meibomius, facile id probatur eo, quod in ipso editionis textu plerumque tenuit scripturam vulgatam, quae a codice K, codicis C apographo, pendet, cuius rei argumento unum e multis satis sit afferre locum:

XXXVII 3 τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν κακόν ἐστι τὸ δὲ ζῆν οὐ κακὸν VBRDWP	τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστι C τὸ τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστι K Vulg.

Quamobrem his quoque locis codicis C scripturas exstare apud Meibomium haud dubitanter affirmem:

MCK	VBRDWP
XXXI 5 αὖθις δὲ μόνον ἀφελέσθαι	αὖθις δὲ ἀφελέσθαι
XXXIII 6 ἡμᾶς καὶ αὐτοὺς τὴν	ἡμᾶς καὶ αὐτῶν τὴν VBRDW ἡμᾶς καὶ αὐτὴν τὴν P
XXXVII 2 οὐ τὸ αὐτὸ ἔφη κακὸν	οὐ ταὐτὸ ἔφη
XXXVIII 2 οὕτως θεώρησον	οὕτω θεώρησον

Tribus praeterea locis M ita recedit a reliquis codicibus excepto K, ut eius scriptura — nisi errori debetur — simillima sit verbis, quae in C exstant:

MCK	VBRDWP
XXXI 2 ἥττω γίνεσθαι M ἥττους γίγνεσθαι CK	ἴσους γίνεσθαι VBRDP ὅσουν γίνεσθαι W
XXXI 6 κελεύειν λαμβάνει M κελεύει λαμβάνειν CK	λαβεῖν κελεύει
XXXVII 2 ὑπάρχει τὸ ζῆν τὸ κακῶς ζῆν M	ὑπάρχει τὸ ζῆν καὶ τὸ κακῶς ζῆν VBRP
ὑπάρχει τὸ ζῆν τῶ κακῶς ζῆν CK	τὸ ζῆν καὶ τὸ κακῶς ζῆν ὑπάρχει DW

Ad hos autem locos alii insuper accedunt, ubi M et C eadem praebent verba, ita tamen ut reliquorum etiam codicum

nonnulli cum iis consentiant, quamquam sex prioribus, cum K, quippe qui e C sit transscriptus, non eandem habeat vim quam reliqui, non adesse scripturae discrepantiam possis dicere:

MCVBRDWP	K
XXIV 2 ὅθεν ἦλθε πρῶτον **MV BRDC** m. I. in ras. corr. ut vid. ex πρότερον ὅθεν ἦλθεν πρῶτον **WP**	ὅθεν ἦλθε πρότερον
XXIV 2 τοὺς κακῶς διατρίβοντας	τοὺς ἐκεῖ διατρίβοντας
XXVII 1 παραγίνεσθαι	παραγίγνεσθαι
XXXVII 3 τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν	τὸ τοίνυν ζῆν
XL 1 ὅταν τιμῶνται	ὅταν τιμῶσιν αὐτά
XL 1 ἑπομένως πράττειν	ἑπομένως πράττουσιν

XXVI 3 οὐθενὸς **MCVBRDPK**	οὐδενὸς **W**
XXX 1 ἐξηγεῖσθαι **MCBRDW**	ἐξηγῆσθαι **VPK**
XXXI 3 ὅτι ἂν πράττοι **MCDW**	ὅτι ἂν πράττῃ **VBRPK**
XXXI 4 ἐφ' ὧ οὐδὲν κωλύει **M CVBRDW**	ἐφ' ὧ οὐδὲν κωλύειν **PK**
XXXIII 6 οὕτως καὶ **MCVPK**	οὕτω καὶ **BRDW**
XXXV 5 ἐὰν οὕτως ποιῆτε καὶ ἐνδιατρίβητε **MCV**	ἐὰν οὕτω ποιῆτε καὶ ἐνδιατρίβητε **BRDP**
	ἐὰν μὴ οὕτως ποιῆτε καὶ ἐνδιατρίβητε **K**
	ἐὰν μὴ οὕτως ποιῆτε καὶ μὴ ἐνδιατρίβητε **W**
XXXIX 1 ὡς οὐ πολλάκις **MC VRDWP**	ὡς πολλάκις **BK**

Sed exstant etiam in hac altera libelli parte scripturae, quae aut cum reliquorum codicum nonnullis excepto C mirum quantum consentiunt aut ab omnibus reliquis recedunt, quos, ut rem absolvam, hic liceat exscribere:

XXV 2 ἠπίστατο οὐδὲν **MDW**	ἠπίστατο ἔφη οὐδὲν **VBRPCK**
XXVI 1 ὅποι ἂν **MW**	ὅπου ἂν **VBRDPCK**
XXXII 5 ἀπόλλυται κακῶς **MD**	ἀπόλλυται κακὸς κακῶς **VBRW PCK**

XXXVII 2 κακὸν αὐτῷ τὸ ζῆν MDWK	κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν VBRPK
XXVI 1 ποῦ ἔτι MV ποῖ ἔτι BRDW	ποῦ PK ποῖ C
XXVI 3 τοῦτον οὐκέτι οὐθὲν M VBRDW^{m}	τοῦτον οὐθὲν PCK
XXVII 1 ἀστεφάνωτοι λύπης καὶ ταραχῆς MV	ἀστεφάνωτοι οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι PCK ἀστεφάνωτοι ἀπεγνωσμένοι τε B RDW
XXIX 2 ἀναγγέλλουσιν MBRD Wv^{2}	ἀναγγέλουσιν V ἀναγγέλωσιν PC ἀναγγείλωσιν K
XXXI 2 τὰς παρ' αὐτῆς MVB RDWP	τὰς ἑαυτῆς CK
XXXV 2 παραγινομένους MVB RDWP	παραγιγνομένους CK
XL 1 διὰ τούτων μόνων MBR DWPK	διὰ τούτων μόνον V διὰ τοῦτον μόνον PC
XXIV 3 ἐκλύσαι MK	ἐκλῦσαι VBRDWPC

M	VBRDWPCK
XXIII 3 καλῆς τῆς νίκης	καλλίστης νίκης VBRDWPCK καλλίστης τῆς νίκης e^{3}
XXIII 3 ἐκεῖνο μοι ἔφην	ἐκεῖνο ἔτι μοι
XXIII 3 ὃν ἔφης στεφανοῦν ἑαυτὸν	ὧ ἔφης στεφανοῦν αὐτὸν
XXIII 4 ἔχει οὐκ	οὐκ ἔχει
XXIV 1 πῶς	ὡς
XXIV 2 ὡς εἰκῇ διατρίβουσι καὶ	ὡς κἀκῶς διατρίβουσι καὶ VBR DWPC ὡς κακῶς καὶ K
XXIV 3 τὴν ἐνταῦθα ὁδὸν	τὴν ἐνθάδε ὁδὸν
XXV 1 ἀλλὰ	ἀλλὰ καὶ
XXV 2 οὐδὲν ἀκριβῶς ᾔδη	οὐκ ἀκριβῶς ἤδει

XXV 3 ἀνειληφὼς	ἀπειληφὼς
XXVI 1 ὑποδέξονται γὰρ	ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν
XXVI 1 κάμνοντες	πάσχοντες
XXVI 2 διὸ οὐδὲν	οὐδὲν
XXVI 2 ὑπὸ κακοῦ	ὑπ' ἀκρασίας **VBRWPC** ὑπὸ ἀκρασίας **DK**
XXVI 3 ἁπάντων	ἁπάντων γὰρ
XXVI 3 τὰ πάντας	πάντας
XXVI 3 τὸ ἀντιφάρμακον	ἀντιφάρμακον
XXVII 1 οὖμοι	καλῶς ἐμοί
XXVIII 1 καὶ ἐπακολουθοῦσιν	ἐπακολουθοῦσιν
XXVIII 1 οὗτοι δὲ ὅταν παραγίνωνται	ὅταν δὲ οὗτοι παραγένωνται
XXVIII 1 καὶ ἀκρασίαν	καὶ τὴν ἀκρασίαν
XXVIII 2 ἄθλιοι	ἄθλιοί εἰσι
XXVIII 2 καταλιπόντες	ἀπολιπόντες
XXVIII 3 ποῖα γὰρ	ποῖα δὲ
XXVIII 3 τρόπῳ καὶ ἀπολαύειν μέγιστα ἀγαθὰ ἡγοῦνται εἶναι	τρόπον ἀπόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν ἡγοῦνται εἶναι
XXIX 1 αἱ δὲ ἐκεῖθεν παραγενόμεναι ἕτεραι γυναῖκες	αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν παραγινόμεναι (παραγιγνόμεναι **K.** παραγενόμεναι **P**)
XXIX 3 πότερον	πότερον οὖν
XXIX 3 ἐκπορεύονται	εἰσπορεύονται
XXX 1 δοκεῖς	δοκεῖς ἔφην
XXX 2 ἀποκρύψω	παραλείψω
XXX 2 ὑμῖν ἐξηγήσομαι	ἐξηγήσομαι
XXXI 1 αὕτη	ταύτη[1])
XXXI 4 ἐλάμβανον *in marg.* ἔλαβον	ἔλαβον
XXXI 6 αὐτοῖς	αὐτῆς
XXXII 4 ἀφίκωνται παρ'	ἀφίκωνται κελεύει — βούλωνται παρ'

[1]) In **C** spiritus supra αυ exstitit, sed lineola superducta deletus est.

XXXII 4. XXXIII 4 ἀληθεινὴν	ἀληθινὴν
XXXV 5 ἔσται ὑμῖν	ὑμῖν ἔσται VBRDWP
	ἔσται CK
	⁄ ἔσται c³ et in marg. add. ⁄ ὑμῖν
XXXVII 3 κακὸν δεῖ ὑπῆρχεν	κακὸν τοῖς ζῶσι κακὸν δὴ ὑπῆρχεν VBRDWPC
	κακὸν τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν K
XXXIX 2 φαίνεται	οὐ φαίνεται
XXXIX 5 εὐπόρως	ἐμπείρως
XL 1 παρατάττων	ταράττον

Ab his autem locis, ut supra, secernendos duxi eos, quibus inesse scripturae discrepantiam tuo iure neges:

M	VBRDWPCK
XXIII 4 ἐν αὐτῷ	ἐν ἑαυτῷ
XXIV 2 ὑπὸ ἀλαζωνίας	ὑπ' ἀλαζονείας
XXIV 3 αὐτοὺς	ἑαυτοὺς
XXV 2 ἐπεπόκει	ἐπεπώκει
XXVI 1 τῶν ἰατρῶν	τὸν ἰατρὸν
XXIX 3 αὐτοὺς	αὐτοὺς
XXIX 4 ἐξελούμεναι	ἐξελόμεναι
XXXI 3 ἀλλὰ εἰκῇ	ἀλλ' εἰκῇ
XXXIV 2 φαίνονται	φαίνωνται
XXXV 1 ἐγγύζοντες	ἐγγίζοντες
XXXIX 2 οὐδ' ἐν	οὐδὲν
XL 1 τοῦτο δ' ἐστι	τοῦτο δὲ ἔστι VBRDWPC
	τοῦτο ἐστι K

Uno autem loco (XXVI 1), quid in codice fuerit scriptum, dubites:

[p. 133.] *Ibid.* [p. 40.] *vers. 8.* Τὸ κωρύκιον ἄντρον) τῷ τὸ κύριον	τῷ τὸ κηρύκιον ἄντρον V
	τὸ κωρύκειον ἄντρον BRK
	τῷ κωρύκειον ἄντρον DWPc¹
	τῷ κορύκειον ἄντρον C

ubi, locorum supra (p. 27) a me exscriptorum rationem si habes,

defuisse vocabulum ἄντρον statuendum, quod mihi quidem videtur non esse verisimile.

Sed iam, quae consequuntur ex iis, quae exposui, accuratius tractemus. Ac primum quidem iis, quibus scripturae discrepantia non est adnotata, locis non licet, sicut alii fecerunt, ea, quae in editionis textu exstant, verba tamquam codicis scripturas proferre, cum omnino scripturam vulgatam repraesentent; duo fortasse suspicionem moveant loci saepius etiam Meibomium adhibuisse C, scripturas autem ideo non excerpsisse, quod non recedere eas a vulgata viderat:

XXXVII 3 τὸ τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν **K** Meib. τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν **C**	τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν κακόν ἐστι τὸ δὲ ζῆν οὐ κακὸν **VBRDWP**

In variante autem scriptura haec exstant:

[p. 136.] *Pag. 60. vers. 1.* Τοίνυν) κακῶς τοίνυν.

XXXVII 2 ἀλλὰ πῶς εἰ τὸ κακῶς ζῆν ὦ ἂν ὑπάρχοι κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ κακὸν αὐτῷ τὸ ζῆν ἐστιν **K** ἀλλὰ πῶς εἰ τὸ κακῶς ζῆν ᾧ ἂν ὑπάρχοι κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ οὐ κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν Meib. ἀλλὰ πῶς οὐκ εἰ τὸ κακῶς ζῆν ὦ ἂν ὑπάρχῃ κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν **C**	ἀλλὰ πῶς οὐχὶ τὸ κακῶς ζῆν ὦ ἂν ὑπάρχῃ κακόν τι αὐτῷ ὑπάρχει οὐκοῦν εἰ κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ κακὸν αὐτὸ (αὐτῷ **DW**) τὸ ζῆν ἐστιν **VBRDWP**

In variante scriptura (p. 135 sq.) in codice exstitisse οὐκ εἰ et αὐτῷ, defuisse autem οὐ ante κακὸν traditur.

Iure sane mireris, cur has scripturae discrepantias solas adscripserit Meibomius, si codex, qui ei praesto erat, eas, quae duobus his locis insunt, lacunas non habuit. Videtur igitur hic quidem omnino respicere codicem C; tamen mea quidem sententia aliis locis non codicis C, sed communes omnium editionum ex-

stare scripturas satius est statuere, sive hae Meibomio magis placuerunt quam codicum, sive excerpere neglexit scripturae discrepantias.

Tum autem in Meibomii editione non unius codicis exhiberi scripturas manifestum; praeter C enim melioris generis exemplar eum habuisse in manibus certum est; sed quaeritur, num, quas e C non potuit depromere scripturas, eae omnes in hoc alio codice exstitisse putandae sint.

Atque in hac quaestione instituenda imprimis removendi sunt ii loci, quibus M ita recedit ab A, ut cum reliquorum nonnullis consentiat, etsi etiam in alio codice eos ita fortasse esse scriptos minime nego, cum nonnullis locis nullius fere momenti sint scripturae discrepantiae, iique soli sunt adhibendi, quibus aut scripturam codicis A omnino respicit aut ab omnibus codicibus distat (p. 19 — 28); primo autem etiam hic in priore libelli parte subsistamus.

Etsi igitur alterum Meibomii codicem fuisse simillimum codici A permultis locis satis docemur, aliis[1]) mirum quantum recedit a codicis A integritate, ita ut valde dubites, num is, qui eos obtulit, codex tanti sit faciendus quanti A, praesertim cum nonnullis locis[2]) apertas habeat lacunas; alii etiam suspicionem movent non e melioris generis exemplari eos assumpsisse Meibomium, imprimis unus, qui exstat in c. X 4 ἀπὸ τύχης συναντήσῃ. Ad hos autem accedunt alii, ubi in codice aliquo ms. exstitisse verba a Relando adscripta mihi quidem ut persuadeam, facere non possum; quae verba si revera alter Meibomii codex praebuit, eum tamquam ab homine aliquo docto correctum minime debemus eodem habere loco quo A, quod, cum aliis locis tam manifeste veram servaverit scripturam, admodum est mirum. Sunt autem hi loci: X 1 ὁρᾷς ὀπίσω τι μικρὸν ἄνω ὥσπερ θυρίον. XX 4

---

[1]) II 2 ἄφρων. III 1 εἴη μεγάλη σχολία. IV 2 πορεύεσθαι. VI 3 ἥξουσι. ἀλήθεια. VII 2. VIII 2 ἔδωκε. X 4 τὸν λοιπὸν τούτου βίου. XVI 4 καταβαίνουσι. XVI 5 καὶ ἀληθεινήν. XVIII 4 εἰσίν. XXI 3 περιέργως. — III 3 ἀπέσκεν. V 2, 3 διτατί. διατί. IX 3 ἀνάψῃ. XIX 1 οὐτοὺς.

[2]) III 1 πρὸς τοίνυν. IV 3 δεῖ βαδίζειν ἢ πῶς. V 3 βίον πάντες. VIII 3 τίνα ἔστιν. IX 3 ἐάν τις. X 1 σκοτεινὸν μάλα. X 3 ἡ δὲ ἀδελφή. XIV 4 ὧδε μένοντες. ψευδοποιῷ ὀδδὲ. XIX 5 τῷ περιβόλῳ.

tamquam glossam vocabulum ἀπόλαυσιν, quo in ipsa verba recepto vocabula μέγιστον ἀγαθὸν commutabantur in μεγίστων ἀγαθῶν atque addebatur particula καί.

Iis praeterea locis[1]), ubi verba codices deteriores omnes vel plerosque exhibere corrupta apparet, minime recedit ab iis **M**, ita ut iam in utriusque generis codice archetypo exstitisse illa menda putanda sint, si quidem e melioris generis codice exscripsit Meibomius. Quibus alius etiam accedit locus, ubi uno quidem vocabulo distat **M** a reliquis: XXIV 2 δεικνύουσιν αὐτῶ τοὺς κακῶς (ἐκεῖ **K**) διατρίβοντας ὡς κακῶς (εἰκῆ **M**) διατρίβουσι (om. **K**) καὶ ἀθλιῶς ζῶσι, sed nec codicis **M** scripturam esse integram nemo est, quin videat. Eo autem loco, quo solo manifeste veram servavit scripturam **M**, consentit cum eo **V**, ita ut non sit, cur e melioris generis exemplari eam esse haustam dicas; XXVII 1 enim aberrans librarius quidam a vocabulis οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι ad eadem vocabula, quae in c. XXVII 3 leguntur, pro οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι λύπης καὶ ταραχῆς scripsit οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι; sed cognito statim errore videtur recte perrexisse quidem vocabulis καὶ τὰς κνήμας κ. τ. λ., vocabula οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι autem non delevisse, sive supra ea sive in margine apposuit veram scripturam λύπης καὶ ταραχῆς; qui igitur ex hoc codice transscripserunt suos, his vocabulis neglectis ea sola receperunt, quae in ipso versu erant exarata, a posterioribus autem, cum viderentur esse corrupta, commutabantur, ut supra retuli.

Accedit, quod scripturae discrepantiae ad posteriorem libelli partem spectantes quattuor tantum paginarum spatio in Meibomii editione continentur, cum, quae ad priorem pertinent, septem impleant, quod, etsi paullo minor est altera pars priore, iure mireris. Adde, quod in iisdem verbis, in quibus **CK**, videtur desiisse **M**; mutilum igitur eum fuisse in fine putemus oportet.

Quaecunque hic exposui si reputamus, prorsus aliter nobis sentiendum de codice Meibomii, atque adhuc fecerunt homines docti. Ut paucis comprehendam:

I. Codicem **C** adhibuisse Meibomium, sive quis alius excerpsit codicum scripturas, constat.

---

[1]) XXXV 3 ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. XXXV 5 ἐὰν οὕτως ποιῆτε καὶ ἐνδιατρίβητε. XXXIX 1 ὡς οὐ πολλάκις. XL 1 ὅταν τιμῶνται.

II. Tum alium eumque melioris generis codicem in manibus habuit, quem **A** fuisse verisimile est, cum mirum in modum deficiant scripturae eiusdem integritatis, a quo capite desinit **A**.

III. Itaque non melioris generis exemplari, quod totum complectebatur libellum, usus est; sed, quem praeter **AC** adhibuit codicem quemque hodie ignoramus, is videtur codici **V** fuisse simillimus.

IV. Nonnullis denique locis cum **M** mirum quantum consentiat cum **BD**[1]), videntur hi esse excerpti, nisi in codice illo ignoto eadem exstitisse verba putamus.

V. Praeterea autem videntur hominum doctorum emendationes codicum scripturis esse mixtae, nisi potius tertium Meibomii codicem esse correctum ab homine aliquo linguae graecae perito statuendum.

Unde efficitur minime scripturis a Meibomio excerptis fidem esse habendam, cum in priore libelli parte adsit ipse codex **A**, in posteriore **V**, multis praeterea locis, quibus valde differunt inter se reliqui codices, nulla a Meibomio adnotata sit scripturae discrepantia. Quamquam non prorsus puto eas esse neglegendas, sed, priusquam e codice ipso reperto, quae in eo exstent scripta, cognoscendi facultas est facta, sicut hominum doctorum emendationibus iis licet uti, dummodo nihil omnino eas valere ad codices aestimandos teneamus.

Quomodo autem factum sit, ut complurium codicum scripturae, mixtae etiam fortasse hominum doctorum emendationibus, tamquam unius essent, in Meibomii editione proferrentur, facile id eo potest reddi probabile, quod Meibomius non ipse ad finem perduxit opus inceptum; quam facile autem, si alterius cura opus aliquod conficitur, admittantur errores, non est, quod demonstrem[2]).

---

[1]) IV 1 οὐκ ἄν φθονοίης. VIII 3 ταῦτ' οὖν ἔφη. XIX 2 πρὸς ἰατρὸν δήπου. XXV 2 ἠπίστατο οὐδέν. XXXII 5 ἀπόλλυται κακῶς. — X 1 καὶ σκοτεινόν οὐκοῦν καὶ γυναῖκες omnes codd. Meib. (not. p. 30.) proposuit: σκοτεινόν; ὁρῶ. οὐκοῦν. **B** m. II. add. ὁρῶ.

[2]) Eadem de causa aliquot locis non veras codicis scripturas exhiberi, cum erraverit Relandus, possis suspicari. cf. X 3 ἡ δὲ ἀδελφή. VI 3 ἡ ἀλήθεια. X 1 σκοτεινὸν μάλα, ut alia omittam; aliis typographi fortasse errores exstant.

tamquam glossam vocabulum ἀπόλαυσιν, quo in ipsa verba recepto vocabula μέγιστον ἀγαθὸν commutabantur in μεγίστων ἀγαθῶν atque addebatur particula καί.

Iis praeterea locis[1]), ubi verba codices deteriores omnes vel plerosque exhibere corrupta apparet, minime recedit ab iis **M**, ita ut iam in utriusque generis codice archetypo exstitisse illa menda putanda sint, si quidem e melioris generis codice exscripsit Meibomius. Quibus alius etiam accedit locus, ubi uno quidem vocabulo distat **M** a reliquis: XXIV 2 δεικνύουσιν αὐτῷ τοὺς κακῶς (ἐκεῖ **K**) διατρίβοντας ὡς κακῶς (εἰκῇ **M**) διατρίβουσι (om. **K**) καὶ ἀθλιῶς ζῶσι, sed nec codicis **M** scripturam esse integram nemo est, quin videat. Eo autem loco, quo solo manifeste veram servavit scripturam **M**, consentit cum eo **V**, ita ut non sit, cur e melioris generis exemplari eam esse haustam dicas; XXVII 1 enim aberrans librarius quidam a vocabulis οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι ad eadem vocabula, quae in c. XXVII 3 leguntur, pro οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι λύπης καὶ ταραχῆς scripsit οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι; sed cognito statim errore videtur recte perrexisse quidem vocabulis καὶ τὰς κνήμας κ. τ. λ., vocabula οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι autem non delevisse, sive supra ea sive in margine apposuit veram scripturam λύπης καὶ ταραχῆς; qui igitur ex hoc codice transscripserunt suos, his vocabulis neglectis ea sola receperunt, quae in ipso versu erant exarata, a posterioribus autem, cum viderentur esse corrupta, commutabantur, ut supra retuli.

Accedit, quod scripturae discrepantiae ad posteriorem libelli partem spectantes quattuor tantum paginarum spatio in Meibomii editione continentur, cum, quae ad priorem pertinent, septem impleant, quod, etsi paullo minor est altera pars priore, iure mireris. Adde, quod in iisdem verbis, in quibus **CK**, videtur desiisse **M**; mutilum igitur eum fuisse in fine putemus oportet.

Quaecunque hic exposui si reputamus, prorsus aliter nobis sentiendum de codice Meibomii, atque adhuc fecerunt homines docti. Ut paucis comprehendam:

I. Codicem **C** adhibuisse Meibomium, sive quis alius excerpsit codicum scripturas, constat.

---

[1]) XXXV 3 ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ. XXXV 5 ἐὰν οὕτως ποιῆτε καὶ ἐνδιατρίβητε. XXXIX 1 ὡς οὐ πολλάκις. XL 1 ὅταν τιμῶνται.

II. Tum alium eumque melioris generis codicem in manibus habuit, quem **A** fuisse verisimile est, cum mirum in modum deficiant scripturae eiusdem integritatis, a quo capite desinit **A**.

III. Itaque non melioris generis exemplari, quod totum complectebatur libellum, usus est; sed, quem praeter **AC** adhibuit codicem quemque hodie ignoramus, is videtur codici **V** fuisse simillimus.

IV. Nonnullis denique locis cum **M** mirum quantum consentiat cum **BD**[1]), videntur hi esse excerpti, nisi in codice illo ignoto eadem exstitisse verba putamus.

V. Praeterea autem videntur hominum doctorum emendationes codicum scripturis esse mixtae, nisi potius tertium Meibomii codicem esse correctum ab homine aliquo linguae graecae perito statuendum.

Unde efficitur minime scripturis a Meibomio excerptis fidem esse habendam, cum in priore libelli parte adsit ipse codex **A**, in posteriore **V**, multis praeterea locis, quibus valde differunt inter se reliqui codices, nulla a Meibomio adnotata sit scripturae discrepantia. Quamquam non prorsus puto eas esse neglegendas, sed, priusquam e codice ipso reperto, quae in eo exstent scripta, cognoscendi facultas est facta, sicut hominum doctorum emendationibus iis licet uti, dummodo nihil omnino eas valere ad codices aestimandos teneamus.

Quomodo autem factum sit, ut complurium codicum scripturae, mixtae etiam fortasse hominum doctorum emendationibus, tamquam unius essent, in Meibomii editione proferrentur, facile id eo potest reddi probabile, quod Meibomius non ipse ad finem perduxit opus inceptum; quam facile autem, si alterius cura opus aliquod conficitur, admittantur errores, non est, quod demonstrem[2]).

---

[1]) IV 1 οὐκ ἂν φθονοίης. VIII 3 ταῦτ' οὖν ἔφη. XIX 2 πρὸς ἰατρὸν δήπου. XXV 2 ἠπίστατο οὐδέν. XXXII 5 ἀπόλλυται κακῶς. — X 1 καὶ σκοτεινόν οὐκοῦν καὶ γυναῖκες omnes codd. Meib. (not. p. 30.) proposuit: σκοτεινόν; ὁρῶ. οὐκοῦν. **B** m. II. add. ὁρῶ.

[1]) Eadem de causa aliquot locis non veras codicis scripturas exhiberi, cum erraverit Relandus, possis suspicari. cf. X 3 ἡ δὲ ἀδελφή. VI 3 ἡ ἀλήθεια. X 1 σκοτεινὸν μάλα, ut alia omittam; aliis typographi fortasse errores exstant.

Neque enim ea in his rebus fuisse diligentia illius temporis homines doctos, qua nostri, apud omnes constat[1]); nec videtur Meibomius ea, qua par erat, diligentia excerpta digessisse neque, unde hauserit scripturas, adscripsisse, cum omnino de hac re taceat Relandus; neque enim in praefatione, ubi mentionem facit codicum in Epicteto adhibitorum (p. V.), neque alibi de eo, quo Cebetis tabula continebatur, codice ms. quidquam refert. Inscribitur autem ei folio, quod varianti scripturae praefixum est: *Varians scriptura codicum manu scriptorum, in Epicteti manuali et Cebetis tabula.* Sequitur inde a p. 101 usque ad p. 120: *Varians scriptura codicis manu scripti Hafniensis in Epicteti enchiridio,* tum p. 120—126: *Varians scriptura codicis MSti. Gerdesiani in Epicteti enchiridio,* quem codicem ipsum se contulisse cum Meibomii editione in nota profitetur Relandus[2]); deinde p. 126—137: *Varians scriptura codicis MSti. in Cebetis tabula.* Quae verba neque ad codicem Gerdesianum neque ad Havniensem apte possunt referri. Utrum autem Meibomius ipse excusserit hunc codicem an alius, nihil omnino tradit Relandus; hunc ipsum contulisse eum non est verisimile, cum hoc non moneat sicut in codice Gerdesiano.

Ac subveniunt praeterea opinioni nostrae ipsius Relandi verba (praef. p. I sq.): *notas viri doctissimi, diffusas dissipatasque per varias librorum margines et schediasmata, in certum ordinem redegi. . . . Haec subsequuntur adnotationes Meibomii, et alterius viri docti, quem nuper demum plurimis argumentis deprehendi esse Salmasium (qua de re vide praefationem in limine accessionis ad notas Meibomianas collocatam, p. 138.) ad dissertationes Epicteti ab Arriano . . . digestas,* et in praef. ad M. Meibomii notas p. 3: *Quaecunque Vir Clarissimus, Marcus Meibomius, tum ad Enchiridion et sententias Epicteti, tum ad Cebetis tabulam, notavit, hic a me descripta et in ordinem, quo fieri potuit modo, digesta exhibeo. Perlustravi sedulo, non modo chartas ipsas jam praelum passas, in*

---

[1]) Cuius rei exempla affert Woelfflin in praef. Polyaeni editioni praemissae p. XXI.

[2]) *Est Joachimus Gerdesius, qui ex codice manuscripto alium sua manu descripsit in usum Illustr. Viri Joachimi Gerstorpii, anno 1644. Extat in Bibl. Meibomiana. Hunc contuli cum hac editione.*

quibus Cl. Meibomius aliquat correxit, praetulitque iis quae jam typis describi curaverat, verum etiam schedas omnes τοῦ μακαρίτου, *et codices Epicteti, quorum marginibus aliquid adlitum suspicabar. . . . Inter haec inveniri forsitan nonnulla, quae Cl. Meibomius praelo et luci publicae ipse haud quaquam destinavit, non nego. . . .* (cf. etiam praef. ad notas breves atque emendationes Claudii Salmasii in Manuale Epicteti p. 35). Quibus locis, quam facile potuerit errare Relandus, satis puto demonstrari[1]). Quae etsi ad Epictetum et notas plerumque pertinent, non est, cur aliter fuisse in Cebete et variante scriptura putemus. Atque alia etiam ex ipso hoc libello documenta licet promere ad firmandam sententiam nostram; dicit enim Relandus (l. l. p. 35) Salmasium e vetere codice manu exarato nonnulla correxisse; nihil igitur amplius de hoc codice videtur addidisse Salmasius; Schweighaeuser autem (1798. praef. p. LXVIII sq.) pluribus eum esse usum docet. Qui idem (p. LXXI sq.) codicem Gerdesianum e complurium editionum scripturis in unum quasi corpus contractis constare locis allatis ostendit, et (p. LXX nota. CXXIV) fatetur *se certiorem esse factum a docto juvene, Stephano Tetens, quem ea caussa compellaverit, nullum hodie Hafniae nec in ipsa Bibliotheca regia, nec in Catalogo codicum Msstorum, nec alibi, vestigium illius codicis* — de Epicteto loquitur — *exstare.* Adde, quod et ipse et alii, qui mea gratia Havniam — non de Cebete solum sed etiam de Epicteto — litteras dederunt, nihil comperimus, ita ut revera ibi non exstare videatur codex. Aliud etiam afferre liceat. Meibomius possidere se codicem manu scriptum dicebat[2]), quo continerentur Hieronymi commentarii in librum Job[3]), quos periisse opinabantur; hunc codicem obtulit legato regis Francogallici pretio decem milium florenorum emendum; quem nemo unquam videtur vidisse, cum nulla fiat mentio, num post eius mortem in bibliotheca sit repertus.

---

[1]) Facillime quidem inseruit codicum scripturis emendationes interpretationesque, quarum, libellum aliquem dum legis, saepe venit in mentem quasque statim re considerata reicias.

[2]) Biogr. univ. 28. p. 142. V. d. Aa l. l. p. 537.

[3]) cf. Zoeckel Hieronymus. Gotha. 1865. p. 471.

Idem A. J. van der Aa, cuius verba modo laudavi, commemorat *catalogum manuscriptorum et librorum impressorum ex Bibliotheca viri quondam longe celeberrimi M. Meibomii, serenissimo Regi Daniae a consiliis, superstitum. Hagae. an. 1752.* Huius catalogi ope haud scio an contingat Batavas bibliothecas perquirenti, ut reperiat exemplar sive exemplaria, quorum marginibus adscripserat Meibomius scripturae discrepantias et notas; quod si contingat, fore puto, ut de multis locis aliter sentiamus ac nunc.

Sed superest, ut, quomodo codicum Parisiensium scripturae in Meibomii manus videantur pervenisse, ostendam. Facile coniciat aliquis e Gronovii editione assumpsisse eas Meibomium, quod non verum; nam — ut mittam, iure mirari nos, cur non ea, quae in fine primus graece edidit Gronovius, verba addiderit — plures quam hic ex illis codicibus affert scripturas, ita ut accuratius videantur esse excussi. Sed fuit Meibomius ipse in Francogallia[1]); quidni Parisiis eum contulisse codices in bibliotheca regia servatos putemus? Quod cum editione typis iam expressa fecisse putandus sit, fortasse hac de causa opus reliquit infectum.

Apparet igitur, cum scripturas a Meibomio excerptas non liceat amplecti nisi diligentissime examinatas, eum, qui in Cebetis tabula exercet artem criticam, in codice A tamquam fundamento debere niti in priore quidem libelli parte; utrum autem sufficere videatur A verbis recensendis, postquam codicem V e deteriorum numero esse integerrimum demonstravi, quaeramus.

§ 3.

De deterioris generis codicum condicione.

In posteriore libelli parte, cum codice A simus destituti, in deterioribus prorsus nitendum nobis est; quorum condicio quae sit, cum supra sufficienter mihi videar ostendisse, diligentissime nos decet inquirere, qui sit integerrimus. Atque etiam in hac quaestione instituenda a priore libelli parte exordiamur. Codicem K e C esse transscriptum cum supra comprobaverim, P

---

[1]) Biogr. univ. 28. p. 141. V. d. Aa l. l. p. 537.

autem — quod facile cognoscet, qui locos, ubi de **M** egi, allatos inspexerit — e duobus generibus sit mixtus, ita quidem ut propius accedat in altera parte ad **BRDW** quam ad **VL**, summa praeterea librarii, qui eum exaravit, neglegentia permultis locis vocabula sint omissa vel corrupta, de codicibus **VLBRDWC** nobis amplius est dicendum; codices **EF**, postquam reliquos tractavi, suo quemque loco inseram.

Codices **VLBRDW** arctissime cohaerere inter se, cum **C** mirum quantum distet ab iis, et locis supra (§ 2) laudatis et his satis docemur:

VLBRDW	C
I 1 ἀνέκειτο	ἐνέκειτο
II 1 οἶδασι	ἴσασι
III 2 ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ἔχει ταύτης	ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως ταύτης
III 3 ἐὰν μέν τις μὴ	ἐὰν μή τις μὴ
VII 1 ὁρῶ τούτους	ὁρῶ τοῦτον
IX 1 ὥσπερ ἑταῖραι	ὥσπερ αἱ ἑταῖραι
X 1 ὁρᾶς ὀπίσω τι αὐτῶν ἔφη ἄνω	ὁρᾶς ὀπίσω τι αὐτῶν ἔφη
XII 3 οἱ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι (οἰκαῖοι D, οἱ καλοὶ W) τῶν ἀνδρῶν	οἱ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι τῶν ἀνθρώπων
XV 4 ἄνω γε ἐπὶ τοῦ βουνοῦ	ἄνω γε περὶ τὸν βουνὸν
XVII 3 ὡς καλὸν λέγεις τὸν τόπον	ὡς καλὸν τὸν τόπον
XVIII 2 δοκοῦσαι εἶναι	δοκοῦσιν εἶναι
XX 3 δικαιοσύνη	καὶ δικαιοσύνη

Quibus locis cum **A** semper congruat cum **VLBRDW** (exceptis duobus X 1 τι ἔφη αὐτῶν ἄνω. XV 4 ἄνω ἐπὶ **A**), simul, quae codicis **C** sit condicio, illustratur; cum autem per totum libellum ita differant inter se illi codices, etiam in altera libelli parte integriora tradi auctoris verba codicibus **VLBRDW** statuendum. **VL** autem praestare reliquis hi insuper testantur loci:

AVL	BRDW
IV 1 ἐμβέβληκας ἡμᾶς εἰ	ἐμβέβληκας ἡμᾶς ἔφην εἰ
V 3 πλάνος ἔφη **ALv**[2] πλάν ἔφη **V**	πλάνη ἔφη

VI 1 γυναικῶν ἑτέρων	γυναικῶν ἑταιρῶν V^2
XIV 3 καὶ μετ' αὐτῆς γε	καὶ μετ' αὐτῶν γε
XIV 4 τότε ἂν οὕτως	τότε γὰρ ἂν οὕτω
XV 2 ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ	ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι

Codicem L autem videri e V esse descriptum, si praeter locum e c. V 3 prolatum hos consideraveris, facile tibi persuadeas:

VIII 1 ὁ δὲ ὁ πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ V^2 (β α γ)	ὁ δὲ ὄχλος ὁ πολὺς οὗτος ὁ περὶ L(BRDW)
ὁ δὲ ὁ πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ V	
(ὁ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ A)	
VIII 2 καὶ ἐκτετακότες V^2 (τὰς χεῖρας)	καὶ τὰς χεῖρας ἐκτετακότες L(BRDW)
καὶ ἐκτετακότες V(A)	
IX 1 ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην V^2 (ἔφη)	ὡς ἂν παρέλθῃς ἔφη τὴν πύλην ταύτην L
ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην V(A)	(ὡς ἂν παρέλθῃς (παρέλθοις R) τὴν πύλην ταύτην ἔφη RDW ὡς ἂν παρέλθῃς καὶ τὴν πύλην ταύτην B)

Accedit luculentum praeterea e posteriore parte documentum, locus e c. XXVII 1 exscriptus (οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι λύπης καὶ ταραχῆς), de quo iam accuratius egi, ubi Meibomii codicem tractavi; quo solus V cum Meibomiano exemplari veram servavit scripturam. Qui pro vocabulis λύπης καὶ ταραχῆς praebent vel vocabula οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι (C) vel quae inde, ut reliquis accommodarentur, sunt depravata ἀπεγνωσμένοι τε (BRDW), eos codices omnes ex eodem esse transscriptos manifestum. Codices B RDWC igitur unius archetypi sunt exemplaria; quod utrum ad L etiam valeat necne, cum eae, quibus posterior pars continebatur, plagulae sint abscissae, non liquet. Supra autem codices V LBRDW atque imprimis BRDW maxime contineri cognationis

vinculo ostendi; restat, ut **VLBR** arcte esse coniunctos demonstrem:

VLBR[1])	DW
II 1 πρὸς ἀλλήλους πολὺν χρόνον	πολὺν χρόνον πρὸς ἀλλήλους
III 1 τουτὶ ὑμᾶς δεῖ ἀκοῦσαι	τουτὶ δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι
IX 2 κακοπάθειαν ἔχοντα οὐδεμίαν	κακοπάθειαν οὐκ ἔχοντα οὐδεμίαν
X 2 ἔχουσα λύπη	ἔχουσα καλεῖται λύπη
XIV 4 σωθήσονται ὧδε — ἀπολυθήσονται οὐδὲ	σωθήσονται οὐδὲ
XVIII 1 κεκριμμένη (κεκρυμμένη **L.** κεκριμένη **B**) ἤδη τῇ ἡλικία	κεκριμένη τῇ ἡλικία
XVIII 3 τοῖς ἀφικνουμένοις	τοῖς ἀφικομένοις
XIX 2 πρὸς ἰατρὸν ἂν δήπου	πρὸς ἰατρὸν δήπου
XXII 1 εὐδαιμονία ἔφη ὅταν — ἔφη τῇ — εὐδαιμονία καὶ	εὐδαιμονία ἔφη τῇ — εὐδαιμονία καὶ **D** εὐδαιμονία καὶ **W**

Quoscunque exscripsi locos, qui accuratius reputaverit, videri auctoris verba a codice **V** per codices **BR** esse propagata ad **DW** neminem puto esse negaturum. Cum igitur **BRDW** codicis **V** sint apographa, ex eodem autem archetypo, e quo **BRDW**, sit transscriptus **C**, hi codices omnes codicis **V** sunt exemplaria, ita quidem, ut omnium sit corruptissimum, et lacunis et glossematis foedissime depravatum **C**, quamquam, cum ipse vel potius is, cuius est apographum, sine dubio ab homine aliquo graecae linguae perito, fortasse ab Jano Lascari (cf. p. 15) sit correctus, omnium videtur esse integerrimum. Non e codicum **BRDW** aliquo, sed ex ipso archetypo — etsi alio intercedente, cum nonnullis locis, ubi exstant lacunae, verba sint immutata, ex lacunoso igitur iam exemplari sit transscriptus (cf. XXXVII 2. p. 54. XXXVII 3. p. 55) — originem duxisse **C** praeter alios, quibus

---

[1]) His locis omnibus excepto eo, quem e c. III 1 exscripsi, **A** facit cum **VLBR**.

ita distat ab illis, ut cum **VL** consentiat, loco e c. XXVII 1 exscripto sufficienter probatur.

Quae res cum manifeste ita se habeat, nonnullis, qui obstare videntur, locis, ut aliter sentiamus, minime licet nos adduci; sunt autem hi loci:

XII 3 ταύτην τοίνυν — παιδείαν καλοῦσιν **ABRDWC**	ταῦτα τοίνυν — παιδείαν καλοῦσιν **VL**
XIX 2 οὕτως ἂν ὁ ἰατρὸς αὐτὸν εἰς ἀνάληψιν — κατέστησεν **A**	οὕτως ἂν αὐτὸς (αὐτὸν **C**) ὁ ἰατρὸς εἰς ἀνάληψιν — κατέστησεν **VBRDWC**
XXXI 2 ἴσους γίνεσθαι οἷον πῶς ἴσους γίνεσθαι **VBR**	ἴσους γίνεσθαι **D** ὅσουν γίνεσθαι **W** ἥττους γίνεσθαι **C**
XXXVIII 1 ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν καὶ καίειν — ἐστι νοσερὸν καὶ ὑγιεινὸν ἀλλὰ τὸ πῶς τέμνειν οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν **VBRDW**	ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν καὶ καίειν — ἐστι νοσερὸν καὶ ὑγιεινὸν, οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν **C**
XXXIX 3 εἰκός γε ἄρα ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὐδὲ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν εἴπερ οὐ βοηθεῖ — εἰς τὸ βελτίους εἶναι **VBRDW**	εἰκός γε ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου ποῦ δὲ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν εἴπερ οὐ βοηθεῖ — εἰς τὸ βελτίους εἶναι **C**
III 1 ἀλλὰ τουτὶ πρῶτον δεῖ ἡμᾶς ἀκοῦσαι **A**	ἀλλὰ τουτὶ δεῖ ὑμᾶς ἀκοῦσαι **DWC** ἀλλὰ τουτὶ ὑμᾶς δεῖ ἀκοῦσαι **VLBR**

Ac tribus quidem prioribus locis librariorum emendationes, non codicis alicuius integrioris scripturas exhiberi in **BRDWC** nemo est, quin videat. Neque aliter videtur esse censendum de loco proxime sequenti, cum, quomodo interciderint vocabula glossemati simillima, non possit probari; sed videtur sicut in c. XXXI 2 hic quoque verba suspecta eiecisse corrector; qui idem in c. XXXIX 3, cum coniungenda esse putaret vocabula ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὐδὲ ὁ πλοῦτος ἀγαθόν ἐστιν, transposuit vocabulum ἄρα; scriptura ποῦ autem debetur librario alicui, qui, quomodo cohaererent verba, non intellexit. Sed quaeritur, quomodo

sint interpretanda verba; facillime ut deleto vocabulo ἄρα scribas εἰκός γε ἐκ τούτου τοῦ λόγου, inducaris propter locorum duorum similitudinem, qui exstant XXXV 1 οὐδαμῶς φαίνεται ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ἀλλὰ τί ἐστιν, ἔφην ἐγώ, τὸ αἴτιον —. XLI 1 συμβαίνει οὕτως ἐκ τούτου τοῦ λόγου. ἀλλ' οὐδὲ τὸ φρονεῖν γε —. Sed offendimur eo, quod a vocabulo οὐδὲ incipit interrogatio, cum aliis locis praepositum sit οὐκοῦν (XXXVIII 3 οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κακόν ἐστιν. XXXIX 2 οὐκοῦν οὐδὲν τούτοις ὁ πλοῦτος βοηθεῖ.) vel πότερον (XXXIV 1 πότερον οὐδὲ προέχουσιν — πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι), eo autem loco, ubi praeterea οὐδὲ in interrogationis initio est positum, subsequatur ἄρα (XXXIX 4 οὐδὲ συμφέρει ἄρα). Libere igitur me de hac re non audere iudicium facere profiteor; quidquid autem statuis, codicis **C** scriptura, quae valde placet, ex hominis alicuius docti ingenio est orta neque pro archetypi vestigio habenda. X. Sauppe (p. 776), quod codicis **C** vel potius vulgatam scripturam in verba receperat Drosihn nulla scripturae discrepantia adscripta, suo iure vocabula ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου cum proximis censuit esse coniungenda.

Superest locus e c. III 1 exscriptus. Sed cum codices **BR DWC** unius archetypi esse apographa manifestum sit, ne hanc quidem scripturam ex integriore codice esse receptam in **DWC** est tenendum. Quare solum codicem **V** sequamur oportet, quem reliquorum esse archetypum etiam eo possis probare, quod, quae m. II. sunt addita[1]), ea reliqui plerumque habent inter auctoris verba, hi autem nusquam plura quam **V** praebent verba,

---

[1]) cf. praeter locos p. 48. 52 allatos:

V	**v²LBRDWPCK**
II 2 ἀνάθημα	ἀνάθημα ἀλλὰ
III 1 ἐξήγησις	ἡ ἐξήγησις
IV 2 ὄχλος	ὁ ὄχλος
V 1 καὶ	καὶ ἐν
V 2. XIX 4 ἑαυτῇ	ἑαυτῆς
VI 3 καὶ	καὶ εἰς
VII 2 βεβαίως	ἀβεβαίως
IX 4 τιμωρία	τῇ τιμωρία
XVI 2 εἰσὶ	εἰσὶ δὲ
XIX 2 πάντα	πάντα τὰ
XIX 4 ὅταν	ὅταν τις

nisi ubi correctoris manum statim agnoscas. Lacunae autem in V praeter unam, quam cum A (VIII 2 καὶ ἐκτετακότες), et eas, quas cum deterioribus omnibus habet communes, exstant his locis: XXIV 2 πλανῶνται κατακεκρατημένοι καὶ ἄγονται, ubi vocabula καὶ ἄγονται, quae omnes exhibent codices, m. II. addidit supra versum. XXV 3 οἱ ἄλλοι οἱ, quo loco m. II. suprascripsit et litteras οι et spiritum, ita ut consentiat V cum reliquis in vocabulis οἱ ἄλλοι οἱ. XLI 2 δικαιοπραγεῖν ἔστι, ubi particulam οὐκ, quam omnes praebent codices, addidit m. II. post vocabulum δικαιοπραγεῖν. XXXIV 2 περὶ ἀγαθῶν, post quae vocabula m. II. in rasura addidit καὶ κακῶν, quae vocabula in reliquis quoque leguntur.

Sed restat, ut, quid de codicibus EF, qui cum BRDW consentiunt in c. XXVII 1, sit censendum, paucis exponam. Ac codicem E quidem cum DW facere locis in usum meum exscriptis satis docemur; codex F autem, quod partim cum his congruit partim cum BR, medium inter hos codices videtur tenere locum.

Codicis V scripturae cum nondum sint evulgatae, eos ex altera libelli parte exscribere placet locos, ubi recedit a codice C, cuius scripturas, quod codicis M esse putavit, magnam partem recepit Drosihn, qui nonnullis praeterea locis codicis K scripturas, quippe qui sit vulgatae fundamentum, tamquam codicis M essent, exhibuit, aliis codicum BD[1]).

V	v^2BRDWPCK
XXI 3 ἀνθεῖ	εὐανθεῖ
XXIII 2 ἅπασαν	καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν v^{2m}
XXIX 2 ἀναγγέλουσιν	ἀναγγέλλουσιν v^2BRDW
	ἀναγγέλωσιν PC. ἀναγγείλωσιν K
XXX 2 ἔφη	ἔφην
XXX 3 κτείνας	ἐκτείνας
XXXI 1 κελεύει	κελεύει ἔφη
XXXVIII 1,3 δὲ	οὐδὲ
XXXIX 4 κρι	κρίνοι v^2BRDW
	κρίνει P. κρινεῖ C. κρίνει K

[1]) Iis locis, quibus consentiunt verba, quae apud Drosihnum leguntur, cum V, sive e M sive e BD adscivit, praefixi stellulam; reliquis omnibus, nisi aliud monui, verba, quae C praebet, exstant in Drosihni editione.

V	C
* XXVI 1 ποῦ ἔτι βαδίζει	ποῦ βαδίζει
* XXVI 3 τοῦτον οὐκέτι οὐθὲν λυπεῖ	τοῦτον οὐθὲν λυπεῖ
XXXI 1 ταύτῃ κελεύει μὴ πιστεύειν καὶ βέβαιον μηδὲν νομίζειν μηδὲ ἀσφαλὲς εἶναι	ταύτῃ κελεύει ἔφη μὴ πιστεύειν καὶ βέβαιον μηδὲν πιστεύειν μὴ δὲ ἀσφαλὲς ἔχειν
XXXI 2 κωλύει πάλιν ταῦτα ἀφελέσθαι	κωλύει ταῦτα πάλιν ἀφελέσθαι
XXXI 2 καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν κελεύει πρὸς τὰς παρ' αὐτῆς δόσεις ἴσους γίνεσθαι οἷον πῶς ἴσους γίνεσθαι μήτε χαίρειν	καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν κελεύει πρὸς τὰς ἑαυτῆς δόσεις ἥττους γίνεσθαι καὶ μήτε χαίρειν [ἀηττήτους Dros.]
XXXI 5 ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ δαιμόνιον καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν μνημονεύειν ὅτι τοιαύτην φύσιν ἔχει ἡ τύχη	ὡσαύτως τοίνυν κελεύει ἔχειν τὸ δαιμόνιον καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν καὶ μνημονεύειν ὅτι τοιαύτην ἔχει φῦσιν ἡ τύχη
* XXXI 5 αὖθις δὲ ἀφελέσθαι ἃ δέδωκεν οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ προὐπάρχοντα	αὖθις δὲ μόνον ἀφελέσθαι ἃ δέδωκεν οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὰ προὐπάρχοντα
XXXI 6 ἃ γοῦν δίδωσι λαβεῖν κελεύει παρ' αὐτῆς καὶ συντόμως ἀπελθεῖν βλέποντας πρὸς τὴν βεβαίαν καὶ ἀσφαλῆ δόσιν	ἃ γοῦν διδῶ κελεύει λαμβάνειν παρ' αὐτῆς καὶ συντόμως ἀπελθεῖν ἔχοντα πρὸς κ. τ. λ. [κελεύει λαβεῖν — ἔχοντας Dros.]
XXXII 2 ἡ ἀληθὴς ἐπιστήμη τῶν συμφερόντων ἔφη καὶ ἀσφαλὴς δόσις καὶ βεβαία καὶ ἀμεταμέλητος	ἡ ἀληθὴς ἐπιστήμη ἔφη τῶν συμφερόντων καὶ ἀσφαλὴς δόσις καὶ βεβαία καὶ ἀμετάβλητος
XXXIII 4 χρῆμα μέντοι ἐστὶ πρὸς τὸ συντομωτέρως ἐλθεῖν πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλει ταῦτα	χρήσιμα μέντοι ἐστὶ πρὸς δὲ τὸ βελτίους γενέσθαι οὐδὲν συμβάλλεται ταῦτα
XXXIII 5 οὐδὲν ἄρα ἔφην λέγεις	οὐδὲν ἄρα λέγεις

XXXIII 6 ἡμᾶς καὶ αὐτῶν τὴν φώνην εἰδέναι ἀκριβέστερον γὰρ ἄν τι συνήκαμεν	ἡμᾶς καὶ αὐτοὺς τὴν φώνην ἀκριβεστέραν ἔχειν ἄν τι συνήκαμεν
XXXIII 6 κωλύει γενέσθαι	κωλύσει γενέσθαι
XXXIV 1 πότερον οὐδὲ προέχουσιν	πότερον οὐδὲν προέχουσιν
XXXIV 3 εἰδέναι γράμματα — ὁμοίως δὲ	εἰδέναι μὲν γράμματα — ὁμοίως δὲ
XXXV 2 καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς ἔφην	καὶ τί τοῦτο ὠφελεῖ αὐτοὺς ἔφη
XXXV 2 ἄρα εἰ εὐκινητότεροι	ἄρα ἢ ἀκινητότεροι [ἄρα ἀκινητότεροι Dros.]
XXXV 3 πῶς τοῦτο ἔφην ἐγὼ ὅτι οἱ ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο	πῶς ἔφην τοῦτο ἐγὼ ὅτι ἐν τῷ πρώτῳ περιβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο [ἔφην ἐγὼ τοῦτο ὅτι οἱ μὲν ἐν — οἱ δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ περι-
XXXV 5 ὄφελος ὑμῖν ἔσται	ὄφελος ἔσται [βόλῳ εἰ Dros.] [ἔσται ὑμῖν M Dros.]
XXXVI 1 τὸ εὐδοκεῖν m. II. corr. εὐδοκιμεῖν	τὸ εὐδοξεῖν
XXXVI 1 καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια	καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παραπλήσια
* XXXVI 2 πάνυ γὰρ παράδοξον ἡμῖν — δοκεῖ	πάνυ γὰρ ἡμῖν παράδοξον — δοκεῖ
XXXVI 2 ἄγε τοίνυν ἔφη πειρῶ ἀποκρίνασθαι	ἄγε τοίνυν πειρῶ ἔφη ἀποκρίνασθαι
XXXVI 3 ἐὰν κακῶς τις ζῇ	κἂν κακῶς τις ζῇ
XXXVII 1 μὴ οὖν ἀπιθάνως λέγε ἀδύνατον τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἀεί	μὴ οὖν ἀπιθάνως λέγε ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι οὕτω μὲν γὰρ καὶ ὠφέλιμον καὶ βλαβερὸν ἂν εἴη καὶ αἱρετὸν καὶ φευκτὸν ἅμα ἀεί [πρᾶγμα ἅμα καὶ κακὸν Dros.]
XXXVII 2 ἀλλὰ πῶς οὐχὶ τὸ κακῶς ζῆν ὥ ἂν ὑπάρχῃ κακόν τι αὐτῷ ὑπάρχει οὐκοῦν εἰ κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν	ἀλλὰ πῶς οὐκ εἰ τὸ κακῶς ζῆν ὥ ἂν ὑπάρχῃ κακόν τι ὑπάρχει αὐτῷ κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἐστιν

XXXVII 2 ἀλλ' οὐ ταὐτὸ ἔφη ὑπάρχει τὸ ζῆν καὶ τὸ κακῶς ζῆν	ἀλλ' οὐ τὸ αὐτὸ ἔφη κακὸν ὑπάρχει τὸ ζῆν τῶ κακῶς ζῆν [ἔφη ὑπάρχει Dros.]
XXXVII 2 ταὐτὸ εἶναι	τὸ αὐτὸ εἶναι
* XXXVII 3 τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν κακόν ἐστι τὸ δὲ ζῆν οὐ κακόν [οὐ κακόν ἐστιν Dros.]	τὸ κακῶς τοίνυν ζῆν οὐ κακόν ἐστιν
XXXVIII 1 καὶ τοῖς καλῶς ζῶσι καὶ τοῖς κακῶς	καὶ τοῖς κακῶς ζῶσι καὶ τοῖς καλῶς
XXXVIII 1 ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν καὶ καίειν ἐν τοῖς ἀρρωστοῦσιν ἐστι νοσερὸν καὶ ὑγιεινὸν ἀλλὰ τὸ πῶς τέμνειν οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν οὐκ ἔστι κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν ἔστι ταῦτα	ὥσπερ οὐδὲ τὸ τέμνειν καὶ καίειν ἐν τοῖς ἀρρωστοῦσιν ἐστι νοσερὸν καὶ ὑγιεινὸν οὐκοῦν οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ζῆν ἔστι ταῦτα
XXXVIII 2 εἰ τοίνυν οὕτως θεώρησον	σὺ τοίνυν οὕτως θεώρησον [οὕτω Dros.]
XXXIX 3 εἰκός γε ἄρα ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὐδὲ ὁ πλοῦτος	εἰκός γε ἐκ τούτου ἄρα τοῦ λόγου ποῦ δὲ ὁ πλοῦτος [οὐδὲ Dros.]
XXXIX 5 ἐπίσταται τῶ πλούτω χρῆσθαι	ἐπίσταται πλούτω χρῆσθαι
* LX 1 καὶ τὰ ἀσεβέστατα καὶ τὰ αἰσχρότατα δοκοῦνται εἶναι οὐ παραιτῶνται [ἀσεβέστατα δοκοῦντα εἶναι μὴ παραιτῶνται Dros.]	καὶ τὰ ἀσεβέστατα καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι

VC	K Dros.
XXIV 2 ὅθεν ἦλθε πρῶτον	ὅθεν ἦλθε πρότερον
XXXVII 3 ἐπεὶ εἰ (ἐπεὶ C) ἦν κακὸν τοῖς ζῶσι κακὸν δὴ ὑπῆρχεν	ἐπεὶ εἰ ἦν κακὸν τοῖς ζῶσι καλῶς κακὸν δὴ ὑπῆρχεν[1])

[1]) κακὸν ἂν ὑπῆρχεν Sauppe p. 776. Porson Tracts and Miscellaneous Criticisms. Collected . . . by Th. Kidd. London. 1815. p. 182.

Aliquot praeterea locis, ubi dissentiunt **BRDW**, eadem habent verba **VC** et Drosihn: XXVI 1 πάντα καλῶς βιώσεται. XXVII 2 κατέχονται δὲ ὑπὸ γυναικῶν τινων. XXVIII 1 πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. XXXVII 3 ἀληθῆ μοι δοκεῖς λέγειν; uno autem loco (XXVIII 1) cum **BRDW** consentit Drosihn in vocabulis οὐχ ἑαυτοὺς, cum **VC** praebeant οὐχὶ αὐτοὺς. De nonnullis autem eorum, quos exscripsi, locorum pauca liceat proferre.

XXXI 2. Vocabula οἷον πῶς ἴσους γίνεσθαι esse glossema, quod sine dubio ex margine in auctoris verba illatum est, apertum. Sed neque his deletis reliqua verba sunt integra; nam — ut mittam, quae vis sit vocabuli ἴσος, quaerere — offendimur eo, quod deest vocabulum καὶ ante μήτε; cum enim ita pergat auctor μήτε χαίρειν ὅταν διδῶ μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν μήτε ἐπαινεῖν, desideratur vocabulum καὶ, ut congruant sibi καὶ μήτε χαίρειν — μήτε ἀθυμεῖν et καὶ μήτε ψέγειν — μήτε ἐπαινεῖν. Quod cum exhibeat **C**, conicias fortasse neglectum esse in **V** propter glossema in verba receptum; sed minime res ita se habet. Glossema enim glossemati additum est in **C** deletisque vocabulis ἴσους γίνεσθαι, quae ad interpretanda verba μήτε χαίρειν — μήτε ἀθυμεῖν — καὶ μήτε ψέγειν — μήτε ἐπαινεῖν in margine haud dubie primum erant apposita, est scribendum: κελεύει πρὸς τὰς παρ' αὐτῆς δόσεις μήτε χαίρειν ὅταν διδῷ μήτε ἀθυμεῖν ὅταν ἀφέληται καὶ μήτε ψέγειν αὐτὴν μήτε ἐπαινεῖν[1]).

XXXI 5. Codicis **C** scriptura profecta est a librario aliquo, qui coniungenda esse vocabula καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν cum verbo ἔχειν recte intellexit; sed dubito equidem, num ita expeditus sit locus. Dico enim in codice **C** glossema aliud super aliud esse additum deletoque vocabulo ἔχειν scribendum: ὡσαύτως

---

[1]) cf. XVIII 3 σημεῖον, ἔφη, ὅτι ἀσφαλής τε καὶ βεβαία ἡ πρὸς αὐτὴν ὁδός ἐστι τοῖς ἀφικνουμένοις, καὶ τῶν διδομένων ἀσφαλὴς ἡ δόσις τοῖς λαμβάνουσι, ubi eodem modo repetitur nomen substantivum et verbum.

τοίνυν κελεύει τὸ δαιμόνιον καὶ πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς δόσιν μνημονεύειν ὅτι τοιαύτην φύσιν ἔχει ἡ τύχη —.

XXXVII 1. Codicis V scripturam cum C si comparas, non modo apertam lacunam tibi deprehendere videris sed etiam glossema (τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἀεί). Accuratius autem si locum examinaveris, facile te puto persuasurum tibi, vocabula ἀδύνατον τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι esse hominis docti alicuius interpretationem, quae in margine primum apposita deinde auctoris verbis est iniuncta, ita ut hoc quoque loco non modo verba ab auctore aliena cum reliquis arctius sint coniuncta, sed haec ipsa immutata in C.

XL 1. ὅταν τιμῶνται καὶ οἴωνται διὰ τούτων μόνον εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ πάνθ' ἑπομένως πράττειν καὶ τὰ ἀσεβέστατα καὶ τὰ αἰσχρότατα δοκοῦντα εἶναι οὐ παραιτῶνται. De hoc loco H. Sauppe (p. 770 sq.) accuratius disputavit, qui verbis antecedentibus optime constitutis vocabula μὴ παραιτῶνται, quae apud Drosihnum, qui ea exhibere BD opinabatur, leguntur, glossema esse statuit, cum non μὴ παραιτῶνται sed οὐ παραιτοῦνται debuerit scribere auctor. Sed exstat οὐ in codice V et, quod παραιτῶνται scriptum est, non παραιτοῦνται, id solo errore in litteris ω et ου saepissime admisso factum est; quamobrem mea quidem sententia non est, cur haec vocabula deleamus. Restat etiam aliud, vocabula τιμῶνται καὶ (τιμῶσί τε αὐτὰ καὶ Vulg. Dros.) tamquam additamentum a Cebete alienum delevit H. Sauppe; mihi quidem leviore mutatione pro τιμῶνται, quod propter insequens verbum οἴωνται facillime vitio assimilationis ortum est, videtur scribendum esse τιμῶσι, cum, quid sibi velit hoc glossema, minime sit apertum. Sed aliud superest; verba ὅταν τιμῶσι καὶ οἴωνται omnino non cohaerent cum antecedentibus, quamquam iis, cur ea, quae his verbis continentur, accidant hominibus, demonstratur; fortasse vocabulum ὅταν ortum est ex ὅτι ἂν vel ὅτι ἐὰν, ita ut Sauppii emendationibus receptis hoc modo sit totus locus scribendus: καὶ τὸ σύνολον δέ· ἐστὶ τὸ τιμᾶν ταῦτα ὡς ἀγαθὰ ἢ ἀτιμάζειν ὡς κακά, τοῦτο δ' ἔστι τὸ ταράττον τοὺς ἀνθρώπους καὶ βλάπτον· ὅτι, ἐὰν τιμῶσι καὶ οἴωνται διὰ τούτων μόνων εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν, καὶ πάνθ' ὑπομένουσι πράττειν καὶ τὰ ἀσεβέστατα καὶ τὰ αἰσχρότατα δοκοῦντα εἶναι οὐ παραιτοῦνται.

In posteriore igitur libelli parte — ut revertamur ad codicem V — ex omnibus deterioribus hic solus est adhibendus in verbis recensendis.

Omnium autem codicum mss. stemma, quod dicunt, postquam de editione principe et de versionibus disputavi, exhibebo depictum.

§ 4.

De ea, quae inter codices A et V intercedit, ratione.

Restat, ut de codice A et priore libelli parte accuratius agam. A ratione si proficiscimur, quaecunque A deterioribus plura praebet verba, debemus recipere, delere, quae ignorat. Quod autem codicem V omnium deteriorum esse archetypum supra ostendi, hic solus nobis est pro omnibus. Plura igitur in A leguntur verba his locis:

A	V
I 3 καὶ ἔνδον δὲ	ἔνδον δὲ
II 3 ἅτε δὴ καὶ περὶ ταύτης τῆς	καὶ περὶ ταύτης δὲ τῆς
III 1 ἀλλὰ τουτὶ πρῶτον	ἀλλὰ τουτὶ
V 1 ὁρᾶς οὖν εἶπε	ὁρᾶς εἶπε
VIII 1 ὁ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ	ὁ δὲ ὁ πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ
VIII 4 ἐκποιήσει διαλέγεσθαι	διαλεξόμεθα
IX 1 ὡς ἂν καὶ γυναῖκας	καὶ γυναῖκας
IX 2 ἡδύν τε καὶ ἄπονον	ἡδύν καὶ ἄπονον
IX 4 ἕνεκεν τούτων πάντα ὅσα	ἕνεκεν τούτων ὅσα
X 3 μετ' αὐτοῦ τις ἄλλη ὁμοία	μετὰ ταῦτα τίς ὁμοία
X 3 ἡ δὲ ἀθυμία ἀδελφὴ δ' ἔστιν αὕτη αὐτοῦ	ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτοῦ ἀθυμία
X 4 εἰς τὸν ἕτερον οἶκον	εἰς ἕτερον οἶκον
X 4 ἂν μὴ ἡ μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τύχη ἐκ προαιρέσεως συναντήσασα	ἂν μὴ ἡ μετάνοια αὐτῷ ἀπὸ τῆς τύχης συναντήση

XIV 3 δυνάμεις εἶτα ὅταν καθαρθῶσι καὶ ἐκβάλωσι	δύναμιν καὶ ἐκβάλωσι
XV 1 ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἔφην	ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν
XV 4 πέτραν τινὰ μεγάλην	πέτραν μεγάλην
XV 4 ὑψιλὴν καὶ κύκλω	ὑψηλὴν κύκλω
XVIII 1 ἁπλῆν τε καὶ	ἁπλῆν καὶ
XIX 3 ταῦτα μὲν συνίημι	ταῦτα συνίημι
XXII 1 ἥ τε εὐδαιμονία καὶ αἱ ἄλλαι	ἡ εὐδαιμονία καὶ αἱ ἄλλαι

Pauciora autem habet **A** his locis:

A	V
II 3 πολυχρονιώτ ος[1]) ων πολλὰ γὰρ	πολὺν χρόνον νεώτερος γὰρ ὢν πολλὰ
III 2 ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις τῶ τῆς σφιγγὸς αἰνίγματι	ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις ἐοικυῖα τῶ τῆς σφιγγὸς αἰνίγματι
IV 3 δεικνύει δὲ[2])	καὶ δεικνύει
V 1 κατὰ τὸν τόπον καθ' ὃν	κατὰ τὸν τόπον τοῦτον καθ' ὃν
VI 1 πλῆθος γυναικῶν	πλῆθος τί γυναικῶν
VII 1 ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν ὥσπερ τυφλὴ — δοκοῦσα	ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν ἡ ὥσπερ τυφλὴ — δοκοῦσα
VII 3 τί τοῦτο σημαίνει οὐκ ἀσφαλὴς	τί τοῦτο σημαίνει ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς
XI 1 ἐὰν μετάνοια	ἐὰν ἡ μετάνοια
XI 2 ἐν τῶ βίω	ἐν παντὶ τῶ βίω
XIV 2 πότερον οὖν καὶ αἱ δόξαι ἔφη	πότερον οὖν καὶ αἱ δόξαι ναὶ ἔφη
XV 4 ἄνω ἐπὶ τοῦ βουνοῦ	ἄνω γε ἐπὶ τοῦ βουνοῦ
XVI 1 εὐεκτούσας τῶ σώματι ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας	εὐεκτούσας τῶ σώματι καὶ ὡς ἐκτετάκασι τὰς χεῖρας

---

[1]) *La lacune me semble trop petite pour avoir pu porter* νεώτερος; πολυχρονιώτατος ὢν *c'est là ce que je crois lire; peut-être peut on discerner un* ε *après le* τ, *mais c'est fort douteux.* H. Dulac.

[2]) δὲ *incertain, effacé.* H. Dulac.

XVI 3 λέγουσαι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτοὺς	λέγουσαι ὅτι βραχὺ ἔτι δεῖ καρτερῆσαι αὐτοὺς
XIX 2 ἐξέβαλε τὰ νοσοποιοῦντα	ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα
XX 4 προσέξομεν ἔφην ὡς ἐγὼ μάλιστα	προσέξομεν 'ἔφην ὡς ἔγωγε μάλιστα
XXI 3 ἐμφαίνει οὕτως	ἐμφαίνει οὖν οὕτως
XXIII 1 ποῖα ταῦτα λέγεις θηρία	ποῖα λέγεις ταῦτα τὰ θηρία
XXIII 1 ἢ οὐ δοκεῖ σοι ταῦτα θηρία	ἢ οὐ δοκεῖ σοι θηρία ταῦτα εἶναι
XXIII 2 ὥσπερ πρότερον	ὥσπερ τὸ πρότερον

Sed inter locos hic exscriptos exstant nonnulli, ubi, num integer sit **A**, tuo iure dubites (V 1. VIII 1. IX 1. X 4. — II 3. III 2. IV 3. VI 1. VII 1, 3. XI 1. XIV 3. XVI 3. XX 4. XXIII 1). Quaeritur autem, num merito videatur **V** tribuere aliquid ad hos locos emendandos. De qua re non licet iudicium facere, nisi ea, quae inter codices **A** et **V** intercedit, ratione diligentissime explorata.

Coniciat fortasse aliquis ex ipso codice **A**, etsi aliis intercedentibus, originem duxisse **V**, praesertim cum in c. II 3. IV 3, quomodo deterioris generis scriptura potuerit oriri, manifesta videantur exstare vestigia.

Sed — ut mittam totum codicem **A** difficillimum esse lectu[1]) — neque ita sunt comparati loci supra laudati, ut aliter non possis interpretari, et aliis, qua ratione deterioris generis scripturae e codicis **A** sint ortae, non est in aperto; accedit, quod, ita si censemus, e duobus eiusdem archetypi exemplaribus esse transscriptum deterioris generis archetypum est statuendum, quorum altero posterior libelli pars continebatur, cum in codice **A** nusquam plura exstiterint quam hodie. Eiusdem autem archetypi apographa, etsi ita ut alia intercedant, si putas esse **AV**, optime omnia se habent. Quod ut demonstrem, locos supra laudatos omnes placet accuratius tractare.

---

[1]) *Cette troisième écriture est extrèmement fine et serrée; elle est parfois effacée.* H. Dulac.

II 3 καὶ ἐθαύμασά γε ἔφη αὐτὸν πολυχρονιώτ οσ ων πολλὰ γὰρ καὶ σπουδαῖα διελέγετο **A**	καὶ ἐθαύμασά γε ἔφη αὐτὸν πολὺν χρόνον νεώτερος γὰρ ὢν πολλὰ καὶ σπουδαῖα διελέγετο **V**

Vocabulum γὰρ transpositum esse a librario aliquo, qui vocabula νεώτερος ὢν coniungenda esse censuit cum verbo διελέγετο, manifestum est. Quaeritur autem, quid pro πολυχρονιώτερος sive πολυχρονιώτατος, quod in **A** videtur scriptum fuisse, vel πολὺν χρόνον νεώτερος, quod **V** habet, in utriusque codice archetypo exstitisse putemus, cum nec codicis **A** scriptura sit integra. Facillime sane utriusque codicis scriptura orta est e vocabulis πολυχρόνιον νεώτερος ὢν, si quidem in **A** exstitit olim πολυχρονιώτερος. Si autem πολυχρονιώτατος, natum esse videtur e vocabulis πολυχρονιώτατον νεώτερος vel νέος ὢν vel e vocabulis πολυχρόνιον νεώτατος ὢν; e quibus quomodo corrupta sint vocabula πολὺν χρόνον νεώτερος, non liquet; quare, si re vera πολυχρονιώτατος exstitit in **A**, illa vocabula casu aliquo difficilia fuisse lectu statuendum et eum, qui codicem, cuius apographum est **A**, exaravit, scripsisse, quae potuerunt legi, eum autem, e cuius exemplari **V** transscriptus est, coniectando studuisse emendare locum. Ex ipso loco si quaerimus, quae scripserit auctor, maxime sane placent vocabula πολυχρονιώτατον νέος ὢν, quamquam facilius potest explicari scriptura πολυχρόνιον νεώτερος ὢν, quam coniectura assecutus est H. Sauppe (p. 772). Cum igitur in codice **A** non exstitisse vocabulum πολυχρονιώτερος non possit ostendi, in codice archetypo fuisse scriptum πολυχρόνιον νεώτερος ὢν satius est putare. Ita autem si censemus, nec codicem **A** nec **V** verum hoc loco servasse, sed e comparata utriusque codicis scriptura cognosci apparet.

IV 3. ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι οὗτος δαίμων καλεῖται προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ **V**.

Codicis **V** scripturam solam si spectas, manifestum tibi videris deprehendere glossema, vocabulum δεικνύει dico, repetitum ex antecedenti δεικνύων, ita ut scribendum esse dicas προστάττει

δὲ — τί δεῖ ποιεῖν — καὶ ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν. Vocabula ποίαν κ. τ. λ. enim quominus una cum vocabulo δεικνύει deleamus, prohibemur auctoris consuetudine dicendi, qui eadem solet repetere verba, quod iam supra (p. 18) monui. Sed in codice A, praeterquam quod habet μέλλωσι σώζεσθαι, deest vocabulum καὶ ante δεικνύει, cum post hoc exstet aliud vocabulum, quod num fuerit δὲ, dubitat H. Dulac. Tamen vocabulum δεικνύει dico commentatori alicui deberi, qui id in utriusque codicis archetypo supra versum addidit; particula καὶ autem, qua haud dubie alterum enuntiatum (ποίαν ὁδὸν κ. τ. λ.) cum antecedenti erat coniunctum, casu aliquo interierat; alter igitur librarius inseruit particulam δὲ, cum alteri vocabulum καὶ magis placeret, sive melius cognovit verae scripturae vestigia sive felicius invenit; uterque autem glossema in verba recepit. Quare hoc loco in codice **V** genuina videtur exstare scriptura, sed, utrum ex archetypo sit servata an e coniectura orta, est dubium.

V 1. ὁρᾶς οὖν εἶπε **A**. — ὁρᾶς εἶπε **V**. Vocabulum εἶπε, cum nusquam pro verbo φάναι adhibeatur εἰπεῖν, esse glossema manifestum; ac videtur quidem in utriusque codicis archetypo supra vocabulum οὖν fuisse appositum; alter autem librarius utrumque vocabulum recepit, alter suprascriptum tamquam veram scripturam solum retinuit.

Fortasse etiam in c. VIII 4 vocabulum διαλεξόμεθα, quod habet **V**, e glossa in codice inter archetypum et **V** intercedente supra vocabula ἐκποιήσει διαλέγεσθαι posita ortum est.

XXIII 1. ποῖα ταῦτα λέγεις θηρία **A**. Deesse videtur articulus τὰ, quem habet **V**; sed hic quoque transscripsisse dico eum, qui codicem, cuius apographum est **A**, exaravit, quae exstiterunt in archetypo, alterum autem librarium vocabulum, quod desiderabatur, inseruisse. Haud dubie enim vocabulum θηρία tamquam glossema delendum est; utrum autem in archetypo supra versum fuerit additum an iam in auctoris verba receptum, dubium; alter igitur solum hoc vocabulum vel, quo loco ei videbatur, recepit vel, quo reppererat, transscripsit, alter, ut omnia recte cohaererent, non solum addidit vocabulum τὰ, sed commutavit etiam verborum ordinem.

III 2. ἔστι γὰρ ἡ ἐξήγησις τῷ τῆς σφιγγὸς αἰνίγματι ὃ ἐκείνη προεβάλλετο τοῖς ἀνθρώποις **A**. Non integra esse haec verba nemo est, quin videat. Quaeritur autem, quomodo sit locus

emendandus; cogitare quidem possis de ἔστι — ὁμοία vel ἔστι — ἐοικυῖα vel ἔοικε; faciliores sane sunt duae priores emendationes. Sed, quo loco sit inserendum vocabulum vel potius, quo videatur intercidisse, quaerendum. Potuit scriptum esse post vocabula γάρ, ἐξήγησις, αἰνίγματι; quorum locorum nullo qui sit factum, ut omitteretur, apertum est, nisi prorsus evanuisse putas. Quare mea quidem sententia non est, cur codicem V hic genuinam servasse scripturam negemus; fortasse hoc loco et eo, quem e c. IV 3 tractavi, innisum id archetypi apographum, e quo postea V originem duxit, transscriptum esse, cum plura etiam potuerunt legi, quam eo tempore, quo alterum codicem codice A nobis repraesentatum exaravit librarius aliquis, possis conicere.

VII 1. XI 1. Utroque loco desideratur articulus[1]) ἡ in codice A; quod autem propter antecedentem litteram N facillime potuit omitti H — in minusculo etiam alphabeto has formas fuisse in usu constat inter omnes — non est, cur in archetypo exstitisse et ex eo in codicem V esse translata negemus.

VII 3. εἶτα τί τοῦτο σημαίνει οὐκ ἀσφαλὴς οὐδὲ βεβαία ἐστὶν ἡ ἀπ' αὐτῆς δόσις A. Haec verba si spectas, nihil omnino desideras et cum aliis libelli locis si comparaveris[2]), ea esse genuina facile concedes. Itaque vocabulum ὅτι, quod exstat in codice V, glossema est, non codicis archetypi scriptura. Sed in verbis proxime sequentibus verum servavit V, cum in codice A librarii alicuius error videatur exstare; quod enim saepissime confunduntur vocabulorum ἀπὸ et παρὰ compendia[3]), e vocabulo παρὰ in archetypo per compendium scripto utraque scriptura potuit oriri.

---

[1]) XIV 1 αἱ δὲ γυναῖκες ἐκεῖναι αἱ δοκοῦσαι περιτρέχειν. VIII 1 ὁ δὲ [τῶν ἀνθρώπων] πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκώς. IV 2 ὁ ὄχλος ὁ πολὺς ὁ παρὰ τὴν πύλην ἐφεστώς — ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκώς.

[2]) IX 2 τί οὖν ὧδε ἑστήκασιν αὗται; παρατηροῦσιν, ἔφη, τοὺς εἰληφότας τι. XVI 2 τί οὖν τὰς χεῖρας ἐκτετάκασι προθύμως οὕτως; παρακαλοῦσι, ἔφη, τοὺς παραγινομένους. XXV 1 ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν ἀπορῶ διὰ τί δεικνύουσιν αὐτῷ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἥκει τὸ πρότερον; οὐκ ἀκριβῶς ᾔδει οὐδὲ ἠπίστατο, ἔφη, οὐδὲν τῶν ἐκεῖ. XXXIII 5 οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι πρὸς τὸ βελτίους γενέσθαι ἄνδρας; ἔστι γὰρ καὶ ἄνευ τούτων βελτίους γενέσθαι.

[3]) Bast comment. palaeogr. p. 784. 831.

XVI 3. Hoc quoque loco deest in A vocabulum ὅτι, quod praebet V, nec dubium, quin codicis A scriptura non sit integra. Etsi autem, quod etiam in c. IX 2 legimus λέγουσαι ὅτι βίον ἕξουσιν ἡδύν τε καὶ ἄπονον, V videtur integrior esse, tamen in hoc exstare glossema dico, cum in A ea, quae praebuit archetypus, sint transscripta; emendandus igitur est locus ita, ut scribas λέγουσαι βραχὺ ἔτι δεῖν καρτερῆσαι αὐτοὺς, cum aliis quoque huius libelli locis infinitivus pendeat a verbo λέγειν[1]).

XX 4. Neutrius codicis scriptura est integra, sed in utroque vel vocabulum ἐγὼ vel ὡς falso loco insertum est; cum autem vocabulo ὡς nequeamus carere, vocabulum ἐγὼ videtur esse additamentum librarii alicuius[2]); quod tamen iam in archetypo receptum fuisse in auctoris verba putandum est, cum eodem loco reperiatur in AV; particula γε autem, qua minime est opus, postea est addita in V.

XIV 3. πότερον οὖν καὶ αἱ δόξαι ἔφη μὲν γάρ καὶ ἐν τούτοις τὸ πόμα δ ἔπιον παρὰ τῆς ἀπάτης A.

Haec vocabula quin iam exstiterint in codice archetypo, minime dubito equidem; quaeritur autem, utrum vocabulum ναί, quod ante ἔφη exhibet V, in A intercidisse an additum esse in V putemus. Ac primum quidem nusquam in hoc libello nec vocabulo ναί nec vocabulo ἔφη incipere responsum moneo, nisi locum corruptum respicis, qui exstat in c. XXIX 3 πότερον οὖν ἔφην ἐγὼ αὗται εἴσω πρὸς τὰς ἀρετὰς εἰσπορεύονται ἔφη οὔ οὔ γὰρ θέμις δόξαν εἰσπορεύεσθαι. Quare non licere puto a vocabulo ἔφη initium sumere responsum, sed addita littera N, quae ante M facile omittebatur, propono: πότερον οὖν καὶ αἱ δόξαι ἔφην; μένει γὰρ καὶ ἐν τούτοις κ. τ. λ.; vocabulum μὲν enim haud dubie e verbi μένει compendio (με$^{\nu}$) est ortum; responsum autem

---

[1]) XVII 3 ὡς καλὸν λέγεις τὸν τόπον εἶναι. XXVIII 1 πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. XXVIII 3 ποῖα δὲ λέγουσιν ἀγαθὰ εἶναι. XXXIII 5 οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα χρήσιμα εἶναι. XXXVI 4 καὶ κακὸν ἄρα λέγεις τὸ ζῆν καὶ ἀγαθὸν εἶναι.

[2]) In codice A legimus ἔφην ἐγὼ his locis: II 3. III 1 (bis). V 1. VII 3. XII 1, 2. XVII 3. XIX 2, 3. XXII 1. XXIII 1. — ἔφην V 2. VII 1. XV 1, 2, 4. XVI 1. XIX 1. XX 3. — ἔφην ἔγωγε XX 4.

ab his vocabulis posse initium sumere docemur loco e c. XXXIII 5 supra exscripto (p. 63). Locum e c. XXIX 3 allatum eodem modo cum non possis expedire, fortasse vel delenda sunt vocabula ἔφη οὔ, ita ut a vocabulis οὐ γὰρ θέμις responsum sumat initium, vel intercidisse vocabula οὐκ εἰσπορεύονται censendum est, vocabulum οὐ autem errore bis esse scriptum, ita ut legendum sit: οὐκ εἰσπορεύονται, ἔφη· οὐ γὰρ θέμις; quae verba optime conveniunt cum auctoris consuetudine eadem verba repetentis. Nostro quoque loco omissa esse ea vocabula, quae in responsi initio erant repetita (καὶ αἱ δόξαι vel νὴ Δία καὶ αὗται), possis suspicari, praesertim cum haec antecedant: πότερον οὖν καὶ ὧδε εἰσπορεύονται; νὴ Δία καὶ ὧδε. Haec si accipimus, in vocabulo ναί, quod habet **V**, latet fortasse vestigium vocabuli νή; quod autem corrupta erant verba in archetypo, uterque librarius transscripsit, quae potuerunt legi, ita tamen ut is, qui codicem exaravit, cuius apographum est **V**, e scripturae vestigiis coniectando assequeretur vocabulum ναί; quod si ita fuit, subvenit ei, quam supra proposui, opinioni prius ex archetypo esse transscriptum codicem, e quo originem duxit **V**, quam eum, cuius apographum est **A**.

VI 1. Locos quos tractavi omnes si consideras, et potuisse intercidere in **A** et addi in **V** vocabulum τί concedendum est; tamen facilius puto omissum esse propter insequentem litteram γ, cum in c. I 3 etiam scripserit auctor πλῆθός τι γυναικῶν; qui tamen in c. XX 2 maluit χορὸν γυναικῶν. Itaque in archetypo etiam exstitisse videtur vocabulum τι.

IX 1. ὁρᾷς οὖν ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην ἀνωτέρω ἄλλον περίβολον ὡς ἂν καὶ γυναῖκας ἔξω τοῦ περιβόλου ἑστηκυίας **A**.

Vocabula ὡς ἂν repetita ante καὶ non posse ferri manifestum est. Sed non glossema esse dico — cur enim haec vocabula adscripserit aliquis, minime liquet — sed aberrasse puto librarium aliquem ab altero versu ad alterum — quod facile potuit accidere, si quidem in versus initio fingimus fuisse scripta illa vocabula — cognito autem statim errore recte perrexisse vocabulis καὶ γυναῖκας. Quare non est, cur archetypi verba repraesentari codice **V** negemus, cum fortasse is ipse, qui codicem **A** descripsit, illum errorem admiserit.

VIII 1. Vocabula ὁ δὲ πολὺς ὄχλος οὗτος ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς exstitisse in codice archetypo, cum uterque codex ea

exhibeat, apertum est. Quaeritur autem, utrum etiam vocabula τῶν ἀνθρώπων[1]), quae manifeste commentatoris manum produnt[2]), praebuerit necne. Ac quae in codice archetypo supra versum erant addita, ea utrumque habere codicem vidimus; quamobrem vocabula τῶν ἀνθρώπων, quibus ob ipsum articulum τῶν offendimur[3]), defuisse in codice archetypo statuendum; videntur igitur e codice aliquo inter archetypum et codicem A intercedenti assumpta esse. Itaque etiam hic codice V integriora traduntur auctoris verba.

X 4. Hunc locum si contuleris cum eo, quem modo tractavi, non aliter iudicandum esse de vocabulis ἐκ προαιρέσεως, facile tibi persuadeas. Ac videtur etiam archetypus sola vocabula ἀπὸ τύχη συναντήσασα habuisse, e quibus, postquam ἀπὸ τύχης sive correxit aliquis sive casu litteram σ bis scripsit, facile corrupta est scriptura codicis V (ἀπὸ τῆς τύχης συναντήση). Codicis A scriptura autem sicut in c. VIII 1 alii inter ipsum et archetypum intercedenti debetur, in quo vocabula ἐκ προαιρέσεως a correctore aliquo, qui sub vocabulis ἀπὸ τύχη latere ἀπὸ τύχης suspicabatur, tamquam ad haec vocabula e contrario illustranda apposita erant. Uterque igitur codex corrupta exhibet auctoris verba, ita tamen ut propius accedant ad genuina verba ea, quae in A leguntur. Quominus autem cum Drosihno et H. Sauppio (p. 773) deberi etiam vocabulum συναντήσασα illi commentatori statuam, prohibeor, praeterquam quod V habet συναντήση, auctoris consuetudine dicendi, qua in hoc quoque enuntiato sicut in insequenti (εἶτα τί γίνεται ἐὰν ἡ μετάνοια αὐτῶ συναντήση) exstitisse verbi συναντᾶν formam aliquam putandum est. Sed neque ita locus est emen-

---

[1]) Nusquam in tabula additur genetivus vocabulo ὄχλος: I 2 ὄχλος ἐδόκει ἡμῖν πολὺς ἐφεστάναι. I 3 γέρων τις — προστάττων τι τῷ εἰσίοντι ὄχλῳ. IV 2 καὶ ὁ ὄχλος ὁ πολὺς ὁ — ἐφεστὼς. V 1 εἰσπορεύεται ὁ ὄχλος. VI 2 ὅταν οὖν εἰσπορεύηται ὁ ὄχλος. Delevit vocabula τ. ἀ. Dros. assentiente H. Sauppio (p. 770).

[2]) Videtur hoc additamento homines ipsos (ὁ δὲ πολὺς ὄχλος) opponere voluisse hominum affectibus (δόξαι καὶ ἐπιθυμίαι καὶ ἡδοναὶ VI 2), qui sub feminarum imaginibus effinguntur (πλῆθός τι γυναικῶν VI 1).

[3]) I 3. VI 1 πλῆθός τι γυναικῶν. XX 2 χορὸν γυναικῶν.

datus; offendimur enim vocabulis ἀπὸ τύχη, quae si cum Johnsono mutaveris in ἐπιτύχῃ, quod etiam H. Sauppe probavit, omnia bene se habebunt[1]).

Quae autem Porson proposuit (p. 181) – qui vocabulum ἀπὸ, cum saepissime confunderentur cognatae praepositiones[2]), primum supra ἐκ fuisse scriptum coniecit, unde falso ante vocabulum τύχῃ illatum esset — ἂν μὴ ἡ μετάνοια αὐτῷ τύχῃ ἐκ προαιρέσεως συναντήσασα, si vocabula ἐκ προαιρέσεως non exstitisse in archetypo dicimus, non possunt probari; secutus est hunc Corais, sed ita ut omitteret vocabula ἐκ προαιρέσεως, cum Johnsono assentiretur Dübner (ἂν μὴ ἡ μετάνοια αὐτῷ ἐπιτύχῃ ἐκ προαιρέσεως συναντήσασα).

Quoscunque hic tractavi et eos, quos supra[3]) exscripsi, locos si tecum reputaveris, unum fuisse codicibus AV archetypum ipsum iam corruptum et glossematis inquinatum, sed non huius ipsius apographa eos esse, facile concedes.

Quae res cum ita sit, omnibus locis, quibus codicis A scripturas esse corruptas apparet, codicem V licet adhibere; sed diligentissime examinare oportet ea, quae exhibet, cum consulto immutata esse in eo verba multis locis possit ostendi; his igitur locis e comparata utriusque codicis scriptura, quae in archetypo exstiterunt, sunt elicienda, reliquis autem, quod et is, per cuius exemplar verba ab archetypo ad codicem A sunt propagata, et is, qui hunc exaravit, quae reppererant in codicibus, religiosissime transscripserunt, minime est recedendum a codice A, sed pro ipsius archetypi verbis sunt accipienda ea, quae ibi legimus scripta.

Ut totum comprehendam libellum: in priore parte omnis res critica versatur in codice A, sed non prorsus neglegendus est V, ubi codex A corrupta exhibet auctoris verba; in posteriore autem parte

---

[1]) Vocabuli ἐπὶ cum ἀπὸ confusi exemplum etiam in hoc libello exstat: IX 4 ἐπιλίπῃ A. ἀπολίπῃ V.

[2]) Huius rei exemplum ex ipso hoc libello licet petere: XI 1 ἐκ τῶν κακῶν AVBRDWPCK. ἀπὸ τῶν κακῶν L.

[3]) p. 23 III 1. p. 25 X 1. p. 26 XIX 1. p. 48 VIII 2.

solus V verborum recensendorum est norma; scripturis autem a Meibomio excerptis, priusquam codex, e quo sunt haustae, est repertus, nulla est tribuenda auctoritas in verbis recensendis.

Ad has igitur regulas si redigimus verba, quae apud Drosihnum leguntur, his locis e supra exscriptorum numero sunt corrigenda: II 3. VIII 1. X 3 (bis), 4. XV 1. — II 3. IV 3. V 1. VII 3. XI 2. XIV 3. XV 4. XVI 3. XX 4. XXIII 1 (bis), 2, ad quos accedunt tres, quos iam in § 1 attuli e c. V 1. VIII 2. XV 2, ut alios omittam. Quattuor praeterea locis, ubi consentiunt AV, cum codicem M secutus sit Drosihn, verba ita sunt immutanda, ut in illis codicibus exstant scripta:

AV	M
II 2 οὐδὲ γάρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα	οὐδὲ γάρ ἐστι πολιτικὸν τὸ ἀνάθημα (c³)
V 2 τίς ἐστιν αὕτη ἔφην	τίς ἐστιν αὕτη ἔφην ἐγώ (c³)
XIV 3 καὶ ἡ ἄγνοια μένει ἐν τούτοις	καὶ ἡ ἄγνοια μένει καὶ ἐν τούτοις
XIX 4 ἐκβάλῃ τὰ κακὰ πάντα ὅσα ἔχων ἦλθε	ἐκβάλῃ τὰ κακὰ ὅσα ἔχων ἦλθε

CAPUT IV.

DE EDITIONE PRINCIPE.

Codices mss. postquam tractavimus, de editione principe, cum nemo adhuc, quae eius esset condicio, quaesiverit, pauca liceat addere. De qua cum aliam alius protulisset sententiam, plurimi consenserunt[1]) in editione sine loci, anni et typographi nota emissa, quam quidem Zachariam Calliergem curasse e litterarum forma coniecerunt[2]). Sed monuit Brunet[3]), cum simillimae essent illae litterae iis, quibus usus esset Callierges in alia editione, quam a. 1517 emisisset[4]), videri hanc editionem posteriorem esse Aldina, quae sine anni nota circa a. 1503 prodiisset.[5])

---

[1]) Schweigh. 1798. praef. p. CXXX sq. Fabricii bibl. gr. cur. Harles. II. p. 706. Panzer ann. typ. III. nr. 2832. Hain repert. bibl. nr. 4820. 4821. Hoffmann lex. bibl. s. v. Cebes. I. Aa, α.

[2]) Κεβητος πιναξ. Βασιλειου του Μεγαλου λογος προς τους νεους, πως αν Ελληνικων ωφελοιντο λογων. Πλουταρχου περι Παιδων αγωγης. Ξενοφωντος Ιερων. 8⁰. — Huius editionis exemplar Florentiae servatum (Bandinius cat. bibl. Laur. II. p. 571) contulit a. 1874 Th. Karrer. Libros autem impressos omnes e bibl. Laur. translatos esse in Magliabechianam monuit me G. Vitelli. — De Zach. Call. cf. Nicolai Gesch. d. neugriech. Lit. p. 32. 41. 231. Bernhardy Grundr. d. gr. Litt. 4. Bearb. I. p. 752. A. Firmin-Didot Alde Manuce. Paris. 1875. p. 544 sqq.

[3]) Man. du libr. 5. éd. s. v. Cebes.

[4]) Homeri interpres pervetustus. Romae, in domo Angeli Collotii, 1517.

[5]) Constantini Lascaris Byzantini de octo partibus orationis Liber Primus. Eiusdem de Constructione Liber secundus. Eiusdem de nomine et verbo Liber tertius. . . . Cebetis tabula et graeca et latina, opus morale, et utile omnibus et praecipue adulescentibus . . . . Venetiis apud Aldum. 4⁰. — cf. Renouard ann. de l'impr. des Aldes. 2. éd. Paris. 1825. II. p. 200 sqq.

Quare in utramque editionem, e quo codice videretur esse expressa, inquisivi. Ac Calliergae quidem editionem — quam Romanam appellare placet — e codice K esse expressam multis licet ostendere locis, imprimis autem loco e c. XXXVII 3 a me supra (p. 33) laudato, ubi codicem K e C esse transscriptum dixi, et alio, qui exstat in c. XX 4, ubi solus K et editio Romana praebent vocabula τί γὰρ οὖν pro τοιγαροῦν.

Editio Aldina non omnino consentit cum K; sed ubi recedit ab eo, manifestas correctoris emendationes exhibet; velut in c. XXXI 1 additum est vocabulum τις, quod omnes ignorant codices mss., post λάβῃ. Praeterea multa habet cum editione Romana communia, quibus illa differt a codice K, ita ut facile editionem Aldinam e Romana esse expressam tibi persuadeas. Quod cum non possit probari, si quidem recte statuit Brunet, haec quoque e codice K vel alio ei simillimo fluxisse putanda est.[1])

Quae res cum ita se habeat, nulla omnino neque editionis Aldinae nec Romanae est ratio habenda, nisi eorum, qui eas curaverunt, coniecturas velis cognoscere.

L. Schück Aldus Manutius. Berlin. 1862. p. 52. Schweigh. 1798. praef. p. CXXXII. — Huius editionis exemplar in bibl. regia Monac. servatum ipse hoc anno contuli. Virceburgi.

[1]) Qui postea ediderunt libellum, usque ad H. Wolfium (1560) omnes pendent ab editione Aldina, ita ut haec sit vulgatae fundamentum; H. Wolf, qui nitebatur in editione Basileae a. 1547 ab Joa. Oporino emissa, quae ex Aldinarum editionum aliqua videtur esse expressa, ita tamen ut multis locis verba sint corrupta, multa et in margine et in notis correxit; hunc autem secuti sunt plerique editores usque ad Schweigh. (1798), pauci e Gron. editione (1689) suas curaverunt recudendas.

CAPUT V.

DE VERSIONIBUS LATINIS.

Praeter Odaxii versionem latinam, quam supra commemoravi, duas etiam deprehendi codicibus mss. nobis servatas. Quarum versionum altera exstat in codice bibliothecae Norfolcianae in collegio Greshamensi apud Londinum sito[1]; de qua cum nihil certius cognoverim, retulisse eam satis habeo. Altera continetur codice Monacensi lat. 924. chart., qui a. 1497 scriptus esse perhibetur[2], f. 129—143. Priusquam autem de hac accuratius agam, quo codice videatur usus esse Odaxius, exponam.

Exiguum sane codicis, quem nota **O** distinxi, vestigium ipsa huius versionis editio princeps[3] exhibet; legimus enim in f. d[a] in margine haec: *Graecus codex habet* θυριον μικρον *quod significat hostiolum. si vero* μικρον θηριον *recte est. bestiola: lector pensita.* In textu exstant vocabula *veluti bestiolam*; pertinent autem ad c. X 1, ubi θύριον vel θυρίον habent **ALBP**, θηρίον **VRDK**, θηρίον **CW**. Sed hoc loco solo innisum non licet de codicis ratione iudicare. Neque in epistola ad Bartholomeum Blanchinum a Philippo Beroaldo editioni praemissa plura de Odaxii codice traduntur[4].

---

[1]) Cat. libr. mss. Angliae et Hiberniae. Oxoniae. 1697. II. Libr. mss. eccles. cathedral. p. 81. nr. 3204: *Cebetis Thebani Tabula per Philippum Albericum traducta, Carminibus simul et Picturis pulcherrimis contexta ad Henricum VII.* [1485—1509] *Angliae Regem dedicata.*

[2]) Cat. codd. lat. bibl. reg. Monac. I. p. I. p. 159. — Hunc codicem ipse contuli hoc anno Virceburgi.

[3]) Usus sum exemplari in bibl. univ. Lips. servato a. 1877 Virceburgi.

[4]) . . . *Quas ob res cum nuperrime scriptores aliquot ex situ pulvereo erutos correxissem tibi eos potissimum dedicavi et sub tuo nuncupatim nomine impressoribus evulgandos dedi: . . . . Agmen ducit Censorinus . . . : Secundo loco est Ce-*

Quare continua, quoad eius fieri potest, verborum latinorum cum graecis comparatione, quae codicis **O** fuerit indoles, exquirendum est. Ac tribus certe locis ab omnibus, quos novimus, codicibus mirum quantum distat. In c. XIV 2 enim videtur exstitisse lacuna a vocabulis νὴ Δία καὶ ὧδε usque ad vocabula νὴ Δία καὶ μετ' αὐτῆς γε, nisi potius errasse Odaxium vel typothetas putes. In eiusdem autem capitis fine aut in codice alia invenit, atque in nostris leguntur, aut ipse erravit Odaxius; habet enim haec: *tum demum ita salvi et incolumes erunt. Neque ullo unquam falsae disciplinae commertio labefactari poterunt neque horum studiorum gratia mali quippiam adipiscentur.* In codicibus autem haec exstant:

AVLBRPCK	DWEF
τότε ἂν (τότε γὰρ ἂν **BR**) οὕτω (οὕτως **ABR**) σωθήσονται ὧδε δὲ (ὧδε καὶ **PC**) μένοντες παρὰ τῇ ψευδοπαιδεία οὐδέποτε ἀπολυθήσονται οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων	τότε γὰρ ἂν οὕτως σωθήσονται οὐδὲ ἐλλείψει αὐτοὺς κακὸν οὐδὲν ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων

Apparet igitur pro vocabulo ὧδε aut scriptum fuisse aut Odaxium errore captum legisse οὐδὲ, vocabulum ἐλλείψει autem aut fuisse corruptum (ἐλλήψει) aut confudisse Odaxium cum futuro verbi λαμβάνειν. In c. XXXV 3 autem solus implet lacunam, quam omnes praebent codices (**VBRDWPCKEF**), in verbis ὅτι οἱ ἐν (ὅτι ἐν **CK**) τῷ πρώτῳ (δευτέρῳ **K**) περιβόλῳ εἰ μηδὲν ἄλλο ὃ προσποιοῦνταί γε (προσποιοῦνται **DWE**) ἐπίστασθαι οὐκ οἴδασιν hoc modo: *Quoniam in primo ambitu hoc plus habent, quod quae nesciunt, nescire se non dissimulant, in secundo vero illud certe nesciunt, quod scire se profitentur.* Integriore igitur videtur usus esse codice, praesertim cum in **K** manifesta

---

betis tabula: qua nihil absolutius: qua humanae vitae decipula graphice et condecore depinguntur: quam latinitate donavit luculentus interpres mihique amicissimus: de quo illud dici meritissimo potest. Cecropiae commune decus latiaeque minervae . . . .

lacunae vestigia deprehendere tibi possis videri; sed in **K**, quem ex eodem archetypo, e quo **BRDWC**, esse transscriptum locus e c. XXVII 1 supra laudatus satis docet quemque etiam codicis **C** apographum esse demonstravi (p. 33), non verae scripturae vestigium, sed hominis alicuius docti coniectura exstat ex ipsius loci sententia facta. Ex aliis praeterea locis non recessisse Odaxii exemplar a reliquis secundi generis codicibus apparet:

VLBRDWPCK	O
XIV 3 καὶ πίωσι τὴν τούτων καθαρτικὴν δύναμιν καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι	*et purgatoriam eorum vim admiserint et mala omnia, quibus involvuntur, — sequestraverint*
XXXI 1 ὅτι ἂν παρ' αὐτῆς λάβῃ	*quod ab ea susceperit*

Codicibus **BRDWPCKEF** autem propiorem fuisse **O** quam **VL** luculentissime docet nos locus e c. XXVII 1 saepissime a me laudatus, quo vocabula οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι latine vertit Odaxius ita: *alii incoronati desperatione rerum tibias et capita lacerare videntur*; haec vocabula autem exstitisse, non ἀπεγνωσμένοι τε, cum ipsis verbis tum eo probatur, quod mox eadem vocabula iisdem reddit vocabulis: *incoronati vero alii desperatione a disciplina revertuntur*. Quare codicibus **PCK** fuisse simillimum **O** e solo hoc loco possis suspicari; sed multis etiam aliis licet demonstrare maxime congruere cum **C** latina Odaxii verba; quibuscum si eos comparaveris, qui differunt, partim ex interpretis coniectura vel licentia — quod enim de Lapo illo dixit Fr. Ritschl[1]) *modo enim religiosissime eum graecorum fidem servantem reperias, modo ab illo exemplo mirabiliter discedentem,* id in hunc etiam cadit — esse ortam scripturae discrepantiam, partim propter utriusque linguae diversitatem certum facere iudicium non licere facile concedes. Quae res cum ita se habeat, non ex integriore codice adscivisse illud supplementum, sed ex sua vel alius coniectura addidisse Odaxium statuendum est.

---

[1]) De Dionysii Halicarnassensis Antiquitatibus Romanis commentatio. Vratisl. 1838. Prgr. p. 27 = Opusc. philol. I. p. 489.

Itaque ex Odaxii versione latina nullum omnino possumus capere fructum ad verba emendanda, quare amplius inquirere supersedeo.

Iam quid de ea, quae codice Monac. lat. 924 continetur, versione sit censendum, videamus.

Facta est haec versio per Jacobum Aurelium de Questenberg[1]), qui a. 1527 Romae fertur mortuus esse, dedicata autem, ut patet ex epistola versioni praemissa, Ernesto, duci Saxoniae, qui archiepiscopus Magdeburgensis erat ab a. 1476 usque ad a. 1513. In hac epistola, utrum codice ms. an libro typis expresso esset usus, nihil omnino tradidit auctor[2]), qui ne Cebetis quidem nomen appellavit; quod in libelli inscriptione etiam est omissum; inscribitur enim: *Tabula Thebana.* Neque quo anno in linguam latinam verterit libellum, liquet; tamen ex eo, quod duos reliquos tractatus, quibuscum coniuncta est tabula, a. 1497 scriptos esse e subscriptionibus patet, eodem fere tempore versionem illam esse confectam, cum litterarum forma omnino videatur congruere, licet conicere.

Codice autem videtur usus esse Questenberg (Q) codici C simillimo, cum multis locis omnino congruat cum Odaxio, aliis autem ita ab eo dissentiat, ut eadem graeca verba aliis latinis sit interpretatus[3]); lacunam quidem in c. XIV 2 (νὴ Δία καὶ ὧδε — νὴ Δία καὶ μετ' αὐτῆς γε) non habet, sed mirum quantum consentit

---

[1]) De Jac. Aur. de Quest. cf. Joh. Reuchlins Briefw. hgg. v. L. Geiger. (Bibl. d. litt. Ver. in Stuttg. CXXVI. 1875.) p. 25 sq. 56. 86. 87. 213. 229. 230. 245. 247. 298. 304. 307. 311. 325. [1490—1520]. Geiger Reuchlin. Lpz. 1871. p. 34. 305. 438. 449 sq. aliis locis. — Duas exstare epistolas a Questenbergio ad Reuchlinum datas monuit vir celeberrimus C. Schmeller in indice ipsius manu scripto, qui codici praefixus est.

[2]) *Nuper e greco in latinum transtuli clementissime princeps interpretacionem picture cuiusdam tabule: que Thebis pro templo Saturni pendebat —.*

[3]) XXVII 1 *alii sine coronis desperatione rerum tibias et capita laniare videntur —.* XXVII 3 *illi vero qui sine coronis incedunt partim desperati a disciplina revertuntur —.*

cum Odaxio in loco e c. XIV 4 supra prolato et paululum recedit ab illo in c. XXXV 3[1]), ut alios omittam.

Quare aut ex eodem utrumque hausisse fonte aut Odaxium novisse Questenbergii versionem facile conicias, cum, quominus hunc ex illius transscripsisse suam statuamus, et loco e c. XIV 2 laudato et eo, quod verba inde a c. XL 2 (ἀγνοοῦσι γὰρ κ. τ. λ.) desunt apud Questenbergium, prohibeamur, nisi praeter Odaxii versionem aliud etiam graecum exemplar hunc adhibuisse putamus.

Sed attigisse haec sufficiat, cum nihil omnino proficiamus hac re accurate tractata.

---

[1]) *Quoniam qui in primo ambitu sunt: in eo ceteris praestant: quod que nesciunt: nescire se non dissimulant. in secundo vero qui sunt: illud certe nesciunt: quod scire se profitentur.*

CAPUT VI.

DE VERSIONE ARABICA.

Restat, ut de versione arabica, quam supra laudavi, dicam.

Imprimis autem gratias agere me decet maximas viro illustrissimo P. DE LAGARDE, qui, cum a viro clarissimo H. Sauppio operam dare illum huic versioni certior essem factus, rogatu meo summa cum humanitate de ea docuit me et novissimam huius libelli editionem[1]) e codice Matritensi esse factam memoravit.

De huius versionis auctore et reliqua condicione qui plura velit cognoscere, adeat praeter Wenrichi librum supra (p. 4) laudatum ea, quae de hac re conscripsit Silvestre de Sacy[2]). Hic, cuius generis codex — quem littera 𝔄 signavi — videatur praesto fuisse ei, qui hanc versionem confecit, satis sit ostendere; quare locos nonnullos ex Elichmanni versione latina exhibeo exscriptos, additis insuper iis, quae P. de Lagarde mecum communicavit; reliqui codices quomodo differrent ab AV, supra iam ostendi:

A	𝔄
I 3 καὶ ἔνδον δὲ	*et intra illud septum* Elichm. *und von der innern seite dieses geheges* Lagarde

---

[1]) Le tableau de Sébès, ou l'image de la vie humaine, traduit en Arabe par Ibni Muskweïh au IV. siècle d' Hegire. Edité et accompagné de notes par Suavi Effendi. Paris. 1873.

[2]) Mémoire sur le Djavidan khired, ou Livre de l'Éternelle Raison. (Hist. et mém. de l'inst. royal de France, acad. des inscr. et belles-lettres. IX. 1831. *Mém. p. 1—30.*) — *cf.* Salmasii praef. ad Elichm. ed. p. V sqq. et paenultima.

III 1 ἀλλὰ τουτὶ πρῶτον δεῖ ἡμᾶς ἀκοῦσαι	*praeterquam quod oporteat primum ut audiatis* Elichm.
	nur dass es sich von vorn herein schickt, dass ihr hört Lagarde
VIII 2 οἱ εἰληφότες τι παρ' αὐτῆς εἰσιν	*sunt ii quibus iam elargita est munus aliquod* Elichm.
VIII 4 περὶ μὲν τούτων ἔφη καὶ αὖθις ἐκποιήσει διαλέγεσθαι	*hac de re, inquit, oportet nos hoc tempore differre paulisper colloquium* Elichm.
XIV 3 καὶ πίωσι τὰς τούτων καθαρτικὰς δυνάμεις εἶτα ὅταν καθαρθῶσι καὶ ἐκβάλωσι τὰ κακὰ πάνθ'	*bibantque illam vim, quae repurgat ab istis. ubi autem purificati fuerint, et abierit ab eis quicquid adfuit erroris* Elichm. Lagarde
V	**𝔄**
XXVII 1 οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι λύπης καὶ ταραχῆς	*aliqui vero non sunt coronati, et quasi moerore affecti et perculsi* Elichm. Lagarde

Quos locos si consideraveris, omnino melioris generis exemplari usum esse versionis auctorem non neges; ac si fortasse in eo offendas, quod tam paucos protuli, hoc me fecisse scias, quia saepe, quid in codice fuerit scriptum, ex Elichmanni verbis non licet suspicari; cum enim per duos interpretes intercedentes codicis illius verba cognoscamus et ad eum, qui ea arabice vertit, magis etiam quam ad Odaxium et Questenbergium pertineant Fr. Ritschelii verba supra exscripta — cuius rei exempla attulit Salmasius in praef. Elichmanni editioni praemissa —, omnes, de quibus dubitare possis, locos secernere satius duxi. Sed alios addere liceat locos, ubi eadem, quae in 𝔄 videntur exstitisse, verba H. Sauppe (p. 771. 775) coniectura assecutus est, ita ut illum praestitisse etiam integritate codici **A** manifestum sit:

VI 1 πλῆθος γυναικῶν ἑτέρων παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν **A** πλῆθος τί γ. ἑτέρων π. μ. ἐ. **VL** πλῆθος τί γ. ἑταιρῶν π. μ. ἐ. **v²BRDWPCK** ἑταιρῶν del. Sauppe	*mulieres diversarum ac variarum formarum* Elichm. Lagarde

solus V verborum recensendorum est norma; scripturis autem a Meibomio excerptis, priusquam codex, e quo sunt haustae, est repertus, nulla est tribuenda auctoritas in verbis recensendis.

Ad has igitur regulas si redigimus verba, quae apud Drosihnum leguntur, his locis e supra exscriptorum numero sunt corrigenda: II 3. VIII 1. X 3 (bis), 4. XV 1. — II 3. IV 3. V 1. VII 3. XI 2. XIV 3. XV 4. XVI 3. XX 4. XXIII 1 (bis), 2, ad quos accedunt tres, quos iam in § 1 attuli e c. V 1. VIII 2. XV 2, ut alios omittam. Quattuor praeterea locis, ubi consentiunt AV, cum codicem M secutus sit Drosihn, verba ita sunt immutanda, ut in illis codicibus exstant scripta:

AV	M
II 2 οὐδὲ γάρ ἐστι πολιτικὸν ἀνάθημα	οὐδὲ γάρ ἐστι πολιτικὸν τὸ ἀνάθημα (c^3)
V 2 τίς ἐστιν αὕτη ἔφην	τίς ἐστιν αὕτη ἔφην ἐγώ (c^3)
XIV 3 καὶ ἡ ἄγνοιά μένει ἐν τούτοις	καὶ ἡ ἄγνοια μένει καὶ ἐν τούτοις
XIX 4 ἐκβάλη τὰ κακὰ πάντα ὅσα ἔχων ἦλθε	ἐκβάλῃ τὰ κακὰ ὅσα ἔχων ἦλθε

CAPUT IV.

DE EDITIONE PRINCIPE.

Codices mss. postquam tractavimus, de editione primo cum nemo adhuc, quae eius esset condicio, quaesiverit, pro ceat addere. De qua cum aliam alius prae[illegible] rimi consenserunt[1]) in editione sine loci [illegible] et typo[illegible] emissa, quam quidem Zachariam Ca[illegible] rum forma c[illegible]ierunt[2]). Sed mo[illegible] essent illae literae lis, quibus usus esset Callio[illegible] tione, quam a. 1517 emisisset[4]), vicet[illegible] esse Aldina, quae sine anni nota circa [illegible]

---

1) Schwarz 1766. praef. p. CXXI [illegible] II. p. 706. Panzer ann. typ. III. nr. [illegible] Hoffmann lex. bibl. s. v. Celsa I. [illegible]

2) Κάτρος [illegible] Ἑλληνικῶν [illegible] λόγων. [illegible] Iapon. [illegible] — [illegible] Katter cat. bibl. Laur. II. [illegible] 571] [illegible] Impressae [illegible] nult [illegible] p. 22. [illegible] Didot [illegible]

[illegible] radusta. [illegible]5—1509]

[illegible] codicum [illegible]

[illegible] 17 Virchau[illegible] [illegible] 2. éd. Paris [illegible]

Quare in utramque editionem, e quo codice videretur esse expressa, inquisivi. Ac Calliergae quidem editionem — quam Romanam appellare placet — e codice K esse expressam multis licet ostendere locis, imprimis autem loco e c. XXXVII 3 a me supra (p. 33) laudato, ubi codicem K e C esse transscriptum dixi, et alio, qui exstat in c. XX 4, ubi solus K et editio Romana praebent vocabula τί γὰρ οὖν pro τοιγαροῦν.

Editio Aldina non omnino consentit cum K; sed ubi recedit ab eo, manifestas correctoris emendationes exhibet; velut in c. XXXI 1 additum est vocabulum τις, quod omnes ignorant codices mss., post λάβῃ. Praeterea multa habet cum editione Romana communia, quibus illa differt a codice K, ita ut facile editionem Aldinam e Romana esse expressam tibi persuadeas. Quod cum non possit probari, si quidem recte statuit Brunet, haec quoque e codice K vel alio ei simillimo fluxisse putanda est.[1])

Quae res cum ita se habeat, nulla omnino neque editionis Aldinae nec Romanae est ratio habenda, nisi eorum, qui eas curaverunt, coniecturas velis cognoscere.

L. Schück Aldus Manutius. Berlín. 1862. p. 52. Schweigh. 1798. praef. p. CXXXII. — Huius editionis exemplar in bibl. regia Monac. servatum ipse hoc anno contuli. Virceburgi.

[1]) Qui postea ediderunt libellum, usque ad H. Wolfium (1560) omnes pendent ab editione Aldina, ita ut haec sit vulgatae fundamentum; H. Wolf, qui nitebatur in editione Basileae a. 1547 ab Joa. Oporino emissa, quae ex Aldinarum editionum aliqua videtur esse expressa, ita tamen ut multis locis verba sint corrupta, multa et in margine et in notis correxit; hunc autem secuti sunt plerique editores usque ad Schweigh. (1798), pauci e Gron. editione (1689) suas curaverunt recudendas.

CAPUT V.

DE VERSIONIBUS LATINIS.

Praeter Odaxii versionem latinam, quam supra commemoravi, duas etiam deprehendi codicibus mss. nobis servatas. Quarum versionum altera exstat in codice bibliothecae Norfolcianae in collegio Greshamensi apud Londinum sito[1]); de qua cum nihil certius cognoverim, retulisse eam satis habeo. Altera continetur codice Monacensi lat. 924. chart., qui a. 1497 scriptus esse perhibetur[2]), f. 129—143. Priusquam autem de hac accuratius agam, quo codice videatur usus esse Odaxius, exponam.

Exiguum sane codicis, quem nota **O** distinxi, vestigium ipsa huius versionis editio princeps[3]) exhibet; legimus enim in f. d[a] in margine haec: *Graecus codex habet* θυριον μικρον *quod significat hostiolum. si vero* μικρον θηριον *recte est. bestiola: lector pensita.* In textu exstant vocabula *veluti bestiolam*; pertinent autem ad c. X 1, ubi θύριον vel θυρίον habent **ALBP**, θηρίον **VRDK**, θηρίον **CW**. Sed hoc loco solo innisum non licet de codicis ratione iudicare. Neque in epistola ad Bartholomeum Blanchinum a Philippo Beroaldo editioni praemissa plura de Odaxii codice traduntur[4]).

---

[1]) Cat. libr. mss. Angliae et Hiberniae. Oxoniae. 1697. II. Libr. mss. eccles. cathedral. p. 81. nr. 3204: *Cebetis Thebani Tabula per Philippum Albericum traducta, Carminibus simul et Picturis pulcherrimis contexta ad Henricum VII.* [1485—1509] *Angliae Regem dedicata.*

[2]) Cat. codd. lat. bibl. reg. Monac. I. p. I. p. 159. — Hunc codicem ipse contuli hoc anno Virceburgi.

[3]) Usus sum exemplari in bibl. univ. Lips. servato a. 1877 Virceburgi.

[4]) . . . *Quas ob res cum nuperrime scriptores aliquot ex situ pulvereo erutos correxissem tibi eos potissimum dedicavi et sub tuo nuncupatim nomine impressoribus evulgandos dedi:* . . . . *Agmen ducit* Censorinus . . . : Secundo loco est Ce-